



BIBLIOTHEQUE
UNIVERSITÉTÉ

A

16

310


H.a.g

16.





411939420



B.
E P I T O M E
D E S T A T U R - 6873,
RELIGIONIS, ET DE
priuilegijs, quibus à summis
Pontificibus est deco-
ratus. Argento d. J. R. de
Monroy

AUCTORE P. F. IOANNE
de la Cruz Talabrigensi, sacri Ordin-
is Mⁱⁿis Prædicatorum. et la. Daf. R.
Sc. 2^a editione
emendatum, & auctum. Gran.

Anno



1617.



C V M P R I V I L E G I O.
Toleti, Apud Didacum Rodri-
guez Typ. Regium.

EPITOME

ESTATE DE

RELGIONIS ET DE

OPA CORREGIDA ANO 1682

-1682-

Aguilardelarbo

Era corregido conforme el Examenatorio
del año de 1680. en 26 de Octubre de 1682.

EDICIÓN DE
LA LIBRERIA DE
MENDEZ NEGRETA



LIBRERIA DE
MENDEZ NEGRETA
Y OPA
1682

etiam pro sua singulari sapientia quondam
episcopus Cordubensis, & Conquensis, &
tandem Episcopus Palentinus, electus a fa-
cias cōfessionibus Catholicissimorum Regis
Ferdinandi, & Isabellæ, corundem eximius
prædicator, & Capellaneus maior extitit.
Hic etenim pro sua laudabili magnanimi-
tate, ita apud Reges, & Princepes acceptus
fuit, ut cōmuniceret de illo vulgariter dicatur,
quod traia la Corte al retortero. Hic tandem
pro sua incomparabili magnificentia præ-
ter sumptuosum edificium, ingentes opes
auri, argenti, & pretiosorum ornamētorum
quibus suum ditauit Colegium vita vicens,
et post mortem copiosissimas elemosynas
taliter est elargitus, ut merito cū nostro D.
Antonino; pater pauperū appellari haud du-
biè queat. His et alijs multis elogij posseis.
O præclarum Colegium: exornari quæ luce
clariora omnibus constat, à quibus ob hoc
supercedendo hoc mecum opus à te nobilita-
ri d. fiderans libenter offero, tuum patroci-
nium humiliter implorando, libenter confi-
cendo, quod quæ de manu tua accepi-
mus reddimus tibi. Vale.

(.?)

LIBER



(.)



LIBER PRI MVS, DE STATV RE LIGIONIS.

PROLOGVS.



N ISTO Libro cæplicatur in quo consistat status Religionis, & ad quæ Religiosus ex vi suæ professionis obligatur. Qualiter suis superioribus, vt patribus, vt iudicibus, & vt prælatis subdatur. Et quanta sit istorum superiorum potestas; tam ex iure communi, & particula ri suarum legum; quam etiam ex privilegijs eisdem competens ad gubernandum, & puniendum, ad ligandum, & soluendum subditos suos in utroque fero.

C A P. I.

De statu in communi.

DV B. I. Quid sit status. Conclusio. Status est dispositio conueniens homini secundum modum suæ naturæ (ut potè cum libertate , & non coacte) cui obligatur homo cum quadam immobilitate , & firmitate. Dicitur cui homo obligatur , quia licet laicus faciat omnia , quæ facit Religiosus , non tamen est in statu Religionis. Cum nō exerceat illa ex obligatione. Et dicitur cum quadam firmitate , & immobilitate. Quia sicut in corporalibus , quod facilè mutatur , non est stabile , & quod mouetur , non stat , sic in spiritualibus. Ista tamen firmitas , & immobilitas causatur per solemnitatem voti: Sicut & contractus civilis firmatur per solemnitatem iuris. Vnde viduitas , & virginitas , quæ non sunt voto firmaatae , non sunt status. Nec etiā Clericatus : cum ex illo ad coniugium possit Clericus retrocedere. Quanuis enim , qui est in vno statu possit ad statum altiorem ascendere , sicut Religiosus licite ad Episcopatum

tum ascendit; non tamen potest à statu Religionis ad inferiorem statum retrocedere. Prædicta doctrina est communis Thomistis cum D. Tho. & Caiet. 2.2.q.1 83. art. 1.

Si arguas. Quia potest Episcopus retrocedere ad statum Religionis: ergo est licitus trāitus à superiori ad inferiorem statum. Ad hoc resp. quod Episcopus dum manet Episcopus, ut potē, cum cura animarum, non potest fieri monachus; si tamen non valente suorū subditorum salutem procurare, & suis ouibus proficere ob impedimenta statim à nobis numeranda, tollatur ab eo cura animarum, ex qua constituitur in statu Episcopali, & ad quam retinendam non obligatur ex voto, poterit tunc fieri monachus.

Pro cuius maiori explicatione, Not. ex D. Tho. 2.2.q.1 85. art. 4. quod dum Episcopus suis ouibus prodesse potest, non potest Episcopatum deserere obquietem etiam contemplationis. Paulus enim ad Eph. 1. ob necessitatem subditorum a contemplatione beatitudinis se deferri patienter tolerauit. Ob aliquas tamen causas, potest Episcopus de licētia Papæ Episcopatum deserere, & Religionem intrare. Et harum prima causa sit, ob defectum conscientiæ, ut si sit homicida, aut sy-

De statu in communi.

moniacus. Secunda, ob defectum corporis,
aut salutis, ut si sit senex. Tertia, ob defectum
scientie requisitorum. Quartus, ob irregularitate.
Quinta, ob defectum subditorum, quibus Epi-
scopus prodesse non potest. Sexta, quan-
do ex alicuius prælatione graue oriatur scan-
dalum. Nisi alias scandalum oriatur ex mali-
itia volentium fidem, & iustitiam calcare. Se-
clusa tamen prædictis causis, erit peccatum
mortis. illa dispensatio, nec erit valida. Quia
Episcopus iure diuino astigitur cure ani-
marum, sed Papa non potest dispensare in
iure diuino, nisi iuxta voluntatem veri domi-
ni quæ talis præsumitur esse, ut cum causa le-
gitima dispensat, seu declarat ius diuinum
non obligare tunc, & alias non, ergo.

Dub. 2. an in Ecclesia sit diuersitas sta-
tuū. Prima conclusio. In Ecclesia est diuersi-
tas statuum, ut Episcoporum, & Monacho-
rum, sicut & diuersitas officiorum, ut præda-
torum, & Doctorum. Ita D. Tho. 2. 2. q. 184.
art. 2. hoc enim pertinet ad Ecclesiæ perfe-
ctionē. Sicut enim in naturalibus perfeccio,
quæ est in Deo simpliciter, non potest esse in
creaturis nisi multiplieiter: Sic perfectio gra-
tia, quæ in Christo sicut in capite adunatur,
ad eius membra diuersumode redundat, vt
sic

hic corpus Ecclesie perfectum sit. Vnde dicitur de Christo ad Ephe. 4. ipse scilicet, Christus, dedit quosdam Apostolos, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum. Et hoc ita expedit; tum ad necessitatem actionum Ecclesie, quae ut expeditius exerceantur, & sine confusione, debent ad eas diversi homines deputari; tum etiam ad dignitatem, & pulchritudinem Ecclesie, quae in quodam ordine consistit. Vnde 3. Reg. 10. videtis Regina Sabba omnem Sapientiam Salomonis, habitacula seruorum, & ordinis ministriatum, non habebat ultra spiritum.

Secunda conclusio. Differentia status sumitur ex ordine ad perfectionem prout unus status est altero perfectior. Differentia tamē officiorum sumitur ex ordine ad diuinas actiones. Differentia vero graduum sumitur per respectum ad ordinem pulchritudinis Ecclesiasticae, prout in eodem statu, & officio, unus est altero superior, unus praest, & alter est subditus. Ita D. Tho. 2.2.q.184.art.3.

Tertia conclusio. Status largè sumptus dividitur in incipientes, proficientes, & perfectos. Ita D. Tho. art. 4.

Dub. 3. quis status sit perfectior. Prima.

De statu in communi.

conclusio. Status Episcoporum est omnium perfectissimus. Ita D. Tho. art. 7. & oppositum est erroneum. Quia Episcopi tenent locum Apostolorum; sed esset erroneum negare statū Apostolorum esse alijs statibus perfectiorem, secundum illud 1. co. 12. quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, &c. Et idem Apostolus ad Ephe. 4. ait, nos sumus primicias spiritus habentes. Secundo ad statum Episcopi requiritur vita perfectio, ut ait D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 1. ad 2. & constat ex illo Ioan. 2 1. vbi Christus antequam Petro Pastorale officium committeret, ab eo quæsivit, an ipsum plus cæteris Apostolis diligenteret, & quia Episcopi munus est, alios etiā religiosos ad perfectionē adducere: ad statū autem Religiosi non requiritur vita perfectio, sed Religio est via ad perfectionem. Vnde Christus Mat. 19. non dixit adolescenti, si es perfectus, sed si vis perfectus esse vade, & vende. Et ratio istius differentiæ est, quia secundum Dion. de Eccles. Hierar. cap. 6. perfectio pertinet ad Episcopum actiū sicut ad perfectorē, ad Monachum autem passiuē sicut ad perficendum, requiritur vero, quod sit perfectus, qui alios debet ad perfectionē adducere, non sic autem, qui debet ad perfectio-

fectionem adduci, ergo.

Si arguas: qui voulit Religionem debet prius intrare Religionem, quam acceptare Episcopatum, ut diffinitur in cap. per tuas, de voto, ergo status Episcopi non est perfectior. Ad hoc respond. quod quando perfectio vnius rei includit alterius rei perfectionem, & aliis sunt incompatibles, qui voulent, quod est minus, satis implet votum, si omissa re minore faciat maiorem, ut si voulisti perpetuam seruire hospitali, implet votum intrando Religionem, ut habetur in cap. scripturæ, de voto, at Episcopatus etiam si sit status perfectior compatitur secum statum Religionis, & sic in dicto casu prius ille debet fieri Monachus.

Secunda conclusio. Status Religiosi est perfectior quam status curati. Ita D. Thom. 2.2.q. 184.art. 8. & patet, quia Religiosus habet obligatam totam vitam ad opera perfectionis, scilicet ad castitatem, &c. at curatus nec ratione ordinum obligatur ad opera externa perfectionis, ut ad castitatem, sed ut ait D. Tho. art. 20. ex statuto Ecclesie Latinæ, ut patet in cap. placuit d. 32. & cap. cū in præterito d. 84. votum castitatis annexatur subdiaconatu, etiam si verbo non emitatur:

De statu in communi.

vt ait D. Tho. in 4. distin&t. 37. q. 1. art. 1. nec etiam sunt curati in statu perfectionis ob curam animarum. Quia status perfectionis inducit obligationem perpetuam ad opera perfectionis, sed curatus non est obligatus ad perpetuam curam animarum, potest enim illam deserere, & transire ad Religionem etiam inconsulto Episcopo, vt dicitur in cap. duosunt 19. q. 2. ergo. Secundo. Et si cura animarum sit quid perfectius quam ea ad, quæ tenetur Religiosus, tamen ista cura non conuenit curato cum obligatione perpetua, vt dixi. Nec conuenit ei principaliter sicut Episcopo, sed sicut coadiutori, & instrumento Episcopi. Et sic ei non omnia, sed quædam peculiaaria circa curam animarum contunduntur.

C A P. II.

De statu Religionis.

DV B. I. Quid sit status Religionis. Prima conclusio. Status Religionis est quidam modus vivendi totum hominem Diuino cultui applicans sub aliquaregula, abducendo eum a curis

curis seculi retardantibus a perfecta charitate, & vnione cum Deo. Ita colligitur ex D. Tho. 2.2.q.186.art.1.

Secunda conclusio. Status Religionis est a Christo institutus. Ita patres communiter quos refert, & sequitur Enriq. tom. 1. lib. 12. cap. 5. nu. 2. & lit. g. quia status iste consistit in obseruantia trium votorum, scilicet obedientiae, castitatis, & paupertatis; sed vota ista sunt a Christo instituta. De paupertate enim dicitur Matth. 19. si vis perfectus esse, vade, & vende, omnia, quæ habes, & da pauperibus. Et de obedientia subditur ibi, & venie sequere me. De castitate etiam ibidem dicitur, sunt eunuchi, qui se castrauerunt, id est, amputauerunt usum, & potestatem virorum, non per abscisionem membra corporis, sed per votum castitatis, propter Regnum Dei. ergo.

Dub. II. an Religio importet statum perfectionis. Prima conclusio affirmativa. Ita D. Tho. 2.2.q.186.art.1. Quia omnis perpetua traditio in finem charitatis ordinata constituit statum perfectionis; sed talis est Religio, ut constat ergo. Vbi nota, quod traditio hominis ad Deum, alia est interior per charitatem; & ista est perfectio essentialis

De statu Religionis.

Christianæ vitæ, & finis omnium præceptorum, & consiliorum. Alia est exterior, per quam homo solemniter dedicatur diuino cultui; & ista est veluti medium ad dictum finē affequendum, ex quo sequitur.

Secunda conclusio. Religiosus non teneatur habere perfectionem charitatis: sed teneatur tendere ad illam. Ita D. Tho. art. 2. & patet, quia status Religionis est disciplina quadam, qua aliquibus exercitijs ad perfectionē deuenitur; sed qui operatur ad finem, nō est asseditus finem necessariō, sed tantum requiritur, quōd ad eum tendat, ergo satisfacit Religiosus tendendo in finem charitatis medijs taxatis in sua regula. Et sic qui assumit statum Religionis, & non habet animū mutantī vitam secundum illum statum, aut si iam profensus mutet illum animum peccat. mort. cum sit simulator in re graui contra virtutem Religionis. Imō, si tantum habet animum seruandi tria vota essentialia, & alia obligētia in sua regula sub peccato mor. peccat venialiter. Cum firmet animum contra spiritualem profectum, & ponat obicem Spiritui Sancto, ne eum per media præstans ducat ad perfectionem.

Dub. III. an essentia status Religionis

nis consistat in tribus votis, scilicet, obediencie, castitatis, & paupertatis. Prima conclusio. Voluntaria paupertas est primum fundamentum ad perfectionem charitatis acquirendū, & ad statum Religionis. Ita D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 3. patet ex illo Matth. 15. si vis perfectus esse vade, & vede omnia, quae habes, & da pauperibus: ac si dicat, ab hoc debes incipere, si vis tendere ad perfectionem. Secundo status Religionis est quoddam exercitium, & disciplina, qua deuenitur ad finem charitatis, & eius perfectionem; sed ad hoc oportet abstrahere omnino affectum a rebus temporalibus per voluntariam paupertatem, ut enim ait Agustin. lib. 83. q. 36. nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis; perfectione, nulla cupiditas, & lib. 10. confe. cap. 23. loquens Agustinus cum Deo ait, minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

Secunda conclusio. Perpetua, & omnimoda castitas requiritur ad statum Religionis. Ita D. Tho. art. 4. quia ad statum Religionis requiritur abstractio impedientium hominem ne totaliter feratur in Dei seruitium; sed usus copulae carnalis retrahit hominem ne totaliter feratur in Dei seruitium: tunc ob
ve he-

De statu Religionis.

vchementiam delectationis; tum etiam ob
felicitudinem circa gubernationem vxoris,
filiorum, & temporalium pre illorum vietu:
ergo.

Ex hoc patet Comendatarios de Sanctia-
go, de Alcantara, & de Calatraua non esse
propriè Religiosos. Ita D. Tho. 2. 2. q. 1 86. ar-
ti. 4. ad 3. & cōmuniter Thomistæ cōtra Na-
ua. & alios quos refert Manuel Rod. in qq.
regul. q. 1. ar. 6. to. 1. Quia isti nō vount om-
niimodam castitatem, cū ducant uxores. Vn-
de nec gaudent priuilegio cap. si quis suadē-
te diabolo, vt ait Caic. ver. excommunicatio.
Nec ipsi mutando habitum manent excom-
municati. Secūs est de comendatarijs militē
sibus, cum solemniter vount perpetuam, &
omniimodam castitatem, obedientiam, &
paupertatem. Verum est, quōd Alexander.
3. Bulla vñica, vbi approbat Religionem Sā-
cti Iacobi de Spata cum voto coniugali sta-
tuit, quōd qui manus violentas iniecerit in
fratres, vel sorores diëti ordinis manet ex-
cōmunicatus. Quo etiam privilegio gaudēt
per communicationem suorum priuilegio-
rum alij comendatarij aliorum ordinum mili-
tarium.

Tertia conclusio. Ad statum Religio-
nis

nis requiritur obedientia. Ita D. Tho. art. 5.
& patet. 1. quia perfectio Religionis consistit
maxime in Christi imitatione: secundum il-
lud matth. 19. Si vis perfectus esse vade, &c.
Et veni sequere me: Sed in Christo maxime
commendatur obedientia, ergo. 2. status Reli-
gionis est disciplina quedam, & exercitium
quo tendimus in perfectionem, ut dixi, sed
qui instruuntur, sicut discipuli, ut perueniant
ad aliquem finem debent sequi directionem
eius, cuius arbitrio exercitantur: ergo Reli-
giosi in pertinentibus ad vitam Religiosam,
debent subiici per obedientiam alicuius in-
structioni, & imperio: Vnde in cap. hoc ne-
quaquam 7. q. 1. dicitur: monachorum vita
subiectionis habet verbum, & disciplinatus.

Quarta conclusio. Ad statum Religionis
requiritur, quod paupertas, castitas, & obe-
dientia cadant sub voto. Ita D. Tho. artic. 6.
quia Religiosi sunt in statu perfectionis, ut
dixi cap. 1. dub. 3. sed ad statum perfectionis
requiritur obligatio ad ea, quae sunt perfe-
ctionis; quae obligatio fit per votum, ergo cu
status Religionis consistat essentialiter in
paupertate, castitate, & obedientia; & haec
sint opera perfectionis externa status Reli-
gionis, ad haec debet Religiosus cu voto obli-
gari.

Quinta



De statu Religionis.

Quinta conclusio. Prædicta tria vota pauperitatis, obedientiæ, & castitatis debentesse solemnia per professionem expressam, vel tacitam ad certam regulam, seu Religionem a sede Apostolica approbatā, vt ait Bonifa. 8. cap. vnico, de voto, & vo. redēp. Et vt ista professio valeat, debet fieri in manibus illius, qui potest profitentem tali Religioni in corporare: vt cum communis sententia tenet Panor. in cap. correctum, de reg. iur. & Silu. ver. Religio. 8. nu. 14.

Cause legi.
huc et quod
conclusio
simpliciter
diferentia
voti
genuit.
Ex dictis patet, quod licet Greg. 13. Bu. 26. declaret patres Societatis Iesu, etiā simplici voto castitatis astrictos, esse verē, & propriē Religiosos, & irritet matrimonium cum illo simplici voto celebratum, adhuc tamen est differentia inter istos, & alios Religiosos voti solemnis, quod isti essentialiter, & ex iure divino sunt inhabiles ad matrimonium; tum, quia illorum votum a tempore Apostolorum habet istam vim irritandi matrimonium, nec extat aliqua lex Ecclesiastica, que illam vim ei tribuat: tum etiā, quia per istud votum solemne totaliter homo Deo traditur, & consecratur per internam voluntatem iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 7. at Religiosi Societatis voti simplicis, ex iure Eccle-

Ecclesiastico prædicti decreti Greg. i 3. sunt
inhabiles ad matrimonium, & sic in omni
sententia posunt dispensari per Ecclesiam
ad matrimonium contrahendum. Imò in di-
cto decreto Greg. habetur, quod ex causa ra-
tionabili posunt dicti Religiosi voti simplicis
a Ministro generali dimiti, & votis istis libe-
rari iuxta suas constitutiones 2. par. cap. 4. si
tamen isti sine licentia Ministri generalis re-
cedant sunt apostatae, & excommunicati, ut
ibidem decernitur.

Sexta conclusio. Inter illa tria vota Reli-
gionis votum obedientiae est præstantius.
Ita D. Tho. 2.2.q. 1 86. ar. 8. quia per votum
obedientiae offertur Deo maius bonum, scili-
cet, propria voluntas ratione cuius, quod fit
ex obedientia, est magis acceptum Deo, quam
id quod fit ex propria voluntate. Vnde ieju-
nium ex propria voluntate factum non accep-
tatur a Deo. Esai. 58. vbi interrogantibus
quibusdam iejunatibus, quare iejunauimus,
& non aspexisti, respondet Deus: quia in die
ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Se-
cundo quia sub voto obedientiae continetur
alia vota, & cæremoniae regulares, & sic in
professione fratum prædicatorum sola obe-
dientia expressè promititur.

Dub.

De statu Religionis.

Dub. 4. an Religiosus peccet mort. transigrediendo vota, & alia contenta in sua regula. Prima conclusio. Religiosus tenetur sub peccato mort. ex genere seruare tria vota essentialia. Alia tamen sub peccato veniali, nisi sub formali precepto, & in virtute sancte obedientiae mandentur. Ita D. Thom. 2.2. q. 186. ar. 9. Imo ut ipse D. Thom. notat, in nostro predicatorum ordine non obligamur etiam sub peccato veniali ad constitutionem obseruantiam, ut in eisdem disponitur: nisi ad vota, & expressè mandata in virtute Spiritus Sancti, & sancte obedientiae. Et nisi, ut ait D. Tho. ad 1. ad sit negligentia mortal is, vel venialis, aut contemptus. Et tune aderit negligentia, ut ibi explicat Caie. quando supposito, quod vadis, V. g. ad matutinas vadis negligenter. Tunc peccas venialiter negligentem cundo. Quia & si non tenearis sub peccato ire ad matutinas; si tamen vadis, debes à te excutere omnem negligentiam. Sicut & si hodie non tenearis orare, si tamen ores debes atentè orare. Contemptus autem tunc aderit (ait D. Thom. ad tertium, & ibi Caie. quando quis renuit se subiucere legi, hoc est non vult facere, quod lex iubet ex eo, quod illud sibi iubetur. Et contemptus iste

Ex suo genere est peccatum mort. cum op-
ponatur directe obedientia, quæ obligat sub
peccato mort. ex genere. Qui tamen habet
animum, & consuetudinem ob iram concu-
piscientiam, aut aliam causam violandi legē,
nō est cōtēptor formaliter, vt ait D. Th. ad 3.

Secunda conclusio. Episcopus Mona-
chus, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 4. te-
netur sub peccato mort. ad tria vota essen-
tialia prædicta, sicut alijs Religiosi, nec libe-
ratur à voto paupertatis, vt ait D. Tho. 2. 2.
q. 88. ar. 11. ad. 4. & Enriq. to. 2. lib. 10. ca. 33.
quidquid Manu. Rod. cū alijs incautē dicatin
su. 2. p. c. 70. n. 5. Quia Episcopus iste manet
Religiosus iuxta dicta : cū status Religionis
nō repugnet statui Episcopi, & alias status Re-
ligionis essentialiter cōsistat in tribus votis pau-
pertatis, scilicet, castitatis, & obedientiae.

Ex dictis patet primò, quod Episcopus
Monachus de nullis bonis testari potest, cū
non habeat proprium. Ita communiter cum
D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. & 8. Soto. 10.
de ius. q. 5. ar. 7. & Cob. cap. 1. de testam. nu.
18. Alij tamē Episcopi possunt de suis bonis
patrimonialibus testari. Non tamen de bo-
nis Ecclesiasticis, aut intuitu Ecclesiarū acqui-
sitis: sed ista in dominio Ecclesiarū conseruen-

De Statu Religionis.

etur: ut dicitur in cap. queritur d. m, de test. Et
hic et in cap. cum officijs d. testa. id est si tua
tur de Clericis, sed iam lex ista non est in v-
satu Hispania, sed de omnibus bonis testa-
tur Clerici, & in eorum bonis succedunt
eorum consanguinei abint. s. to, ita libr. 5.
 nouæ R. cop. tit. 8.l.13.

Secundo sequitur Episcopum Monachū
teneri portare habitum sc̄x Religionis: cum
habitus iste sit obligatio signum. Ita D.
Tho ar. 8. i. mō in d. Synodo gener. li. Etio. c
10. cap. 27. præcipitur, Episcopis Monachis
sub pena depositionis, ne vestem monasti-
cam deponat, & cap. clericī 2. de vita & ho-
cle. præcipitur Episcopis uti iocheto: nisi mo-
nachi sint: quos oportet ferre habitum mo-
nach. le m: quem si deponant, erūt apostate.
Ita Enriq. to. 2. lib. 10. cap. 53.

Tertia conclusio. Episcopus Monachus, et
si non teneatur ad obseruantias suā Reli-
gionis, officio Pontificali repugnantes: cuius
modi sunt solitudo, silentium, aut vigilię gra-
ues, quibus impotens redderetur ad execu-
dum Pontificale officium: tamen tenetur ad
obseruantias non impedientes Pontificale
officium: quales sunt ieiunia, abstinentia a
carnibus, &c. In quibus tamen potest secum

in necessitate dispensare, sicut prælati Religionum secum in necessitate dispensant. Ita D.Tho.2.2.q.185.art.8. Secundo in constitutionibus ordinis Prædicatorum d. 2.cap. 15. in glo. habetur, quod prouinciales in suis prouincijs moneant Episcopos ordinis, ut in vestibus, abstinentijs & alijs non impedientibus Pontificale officium ordini se conforment. Aliâ, non concedant eis fratres in socios, & concessi reuocentur. Hæc de votis Religionis in communi, deinceps agemus de illis in speciali.

CAP. III.

De votopaupertatis.

Not. Quôd Religiosus per votum paupertatis abdicat à se dominiū cuiusvis rei temporalis, & peccat. mort. ex genere tale votum violando. In individuo tamē peccabit mort. vel veniam littere modo, quo peccat, qui contrectat rem alienam in uito Domino rationabiliter. Et sic quæ est materia grauis ex obiecto proferto: eadē erit grauis pro cōstituēdo peccato mortalico contra votum paupertatis.

Notatio hæc non procedit de somniis vero religiose at cause le ganda non nulla que il voto paupertatis non impetrabatur a dor.

De voto paupertatis:

Dub. i. an Religiosus possit habere pecunium. Not. quod peculum est habere aliquid deputatum, & sequestratum ab alijs ad utendum illo, vel iure Dominij possidendo, & defendendo illud ut proprium; vel iure solius administrationis ad illud, scilicet, administrandum, vel distribuendum secundum leges, & conditiones sibi prefixas; vel iure usus frumentatus tantum, qui est facultas utendi re, & frumentibus eius in propriam, & etiam aliorum utilitatem; salua tamen substantia rei fructiferum; vel solius usus, qui est facultas utendi re ad usus proprios tantum.

Prima conclusio. Religiosus non potest, etiam de licentia Papae, habere peculum irreuocabile, quod, scilicet, saltem a Papa non possit reuocari, & limitari in quos vellet usus. Ita Silue. Ver. Abbas 4. §. 3. & Lud. Lop. i. p. c. 154. Quia Religiosus per votum paupertatis abdicat a se omne dominiū, & proprietatem, quam importat prædictum peculium irreuocabile.

Secunda conclusio. Licitum est Religiosi habere pecunias in communi depositas ad usus sibi a Prælato concessas, aut concedendas. Ita Ludou. Lopez, & patet cx usu. Nec sic habere pecunias inducit proprietatem;

cum

ēum sint per Prælatum reuocabiles, & limita
biles pro v̄sibus sibi placentibus. Vbi Not.
Primo, quōd si Religiosus habet licentiā dis-
trahēdi aliquas pecunias in quos vellit v̄sus,
potest etiam in actus illicitos consumere il-
las: ut ait Medina in su. in 7. præcepto. §. 29.
cuius sententia est, communiter v̄su recep-
ta. Licēt alij oppositum sentiant satis proba-
biliiter, & forte verius. Quia cum Prælatus nō
sit dominus, sed dispensator bonorum Reli-
gionis, & non dissipator, non potest conce-
dere licentiam expendendi pecunias, nisi
pro v̄sibus liticis. Et sic licētia ab eo data reli-
gioſo iuxta facultatem concedentis vide-
tur esse interpretanda.

Not. secundo, quōd secundum victoriam
communiter receptum (de quo Lud. Lopez)
non peccat Religiosus mort. retinendo pe-
cunias in cælla, & non in communi deposito.
Dum tamen habeat animum expendendi
eas de licētia Prælati. Et intelligitur hoc, du-
plici limitatione, prima quōd intelligitur stā
do in natura voti paupertatis, & secluso spe-
ciali præcepto si circa hoc imponatur. Secun-
da, quōd non retineatur pecunia in cæla, vel
alibi extra commune depositum animo cæla
di illam Prælato. Imo si Religiosus, quando-

De voto paupertatis.

à Prælato fit scrutinium, liquid in cœla, vel alibi retentum cœlet, peccaret mortaliter ex genere. Imo magister Vandellus censet, esse peccatum mort. etiam si res cœlata sit leuis. Sed rei veritas est, quod etiam in istis præceptis, sicut & in alijs naturalibus, & possitius, quod ex suo genere est, peccatum mort. sit veniale ob leuitatem materiae.

Dub. 2. an licet Religiosis habere cen-
sus, & redditus annuales.

Prima conclusio. Ante Conc. Trid. lice-
bat Religiosis de licentia suorum prælatorū
habere tales census, etiam ad distrahendum
in usus sibi placentes: dum prælatus non re-
uocaret, vel limitaret talem licentiam. Ita
Silu. Naua. & alij quos refert, & sequitur Lu-
do. Lo. Quia istud peculium cum si à prælato
reuocabile, non inducit proprietatem.

Secunda conclusio. Etiam post Conc.
Trid. non peccant Religiosi habentes cen-
sus, & redditus annuos, non tantum loquen-
do de redditibus sibi, à sibi ipsis legatis in te-
stamento ab eisdem condito ante professio-
nē, aut à parēibus, siue ab alijs sibi relictis:
sed etiam loquendo de redditibus emptis
ex bonis à Religioso iam professo acquisitis,
& quorum dominium transierat iam in com-
munita-

munitatem. Potest enim communitas redditus illius census, nomine tamen communitatis fundati, concedere Religioso in premiu[m] suilabori, ut constat ex usu sapientissimorum, & timoratorum.

Si obiecta, quia in Conc. Trid. sc. s. 25. cap. 2. statuitur, non licere Religiosis utrumque sexus boni mobilia, vel immobilia quovis modo acquisita, ut propria possidere: sed ista superiori tradantur, & conuentui incorporentur. Et iterum dicitur sic, non licet superioribus Religiosorum bona stabilia Religiosis concedere, etiam usum fructu, usum, vel commendam. Vbi per bona stabilia intelliguntur bona immobilia, & census. Ad hoc resp. quod loquitur Conciliu[m] de redditibus non habendis etiam quantum ad usum, ut proprijs, & irrevocabilibus per prelatos, & sine eorum licentia distrahendis. Intendit enim Concilium tolere a Religiosis dominiu[m], & proprietatem, ut constat ex titulo dicti cap. qui est de paupertatis voto integrissime servando. Et si aliud intendat illud decretum, non est cum tanto rigore receptum ob multas necessitates Religiosoru[m], quibus ex bonis communitatis non subuenitur, etiam iuxta suum statu[m], & Religiosa paupertate. Quod maximè veru-

De voto paupertatis.

habet in monialibus. Ita Lu. Lo. c. 154. ubi cl
tat Nau. & Man. Rod. in su. to. 1. c. 90. nu. 9.

Dub. 3. an possit Religiosus sine licen
tia sibi donatum recipere. Not. dupl. em
esse licentiam, aliam expressam, & forma
lem: aliam virtualem, seu interpretatiuam.
Et ista explicatur dupliciter, primo quando
subditus certō scit, quod si petat licentiam a
Prælato non sibi denegabitur, sed simul scit,
Prælatum velle, quod nihil fiat sine eius li
centia expressa. Et ista virtualis licentia ad
nihilū valet; cū illa enim non potest Religio
sus exire a conuentu. Secundo quando per sig
na probabilia credo, quod si ego faciam ali
quid. V. g. emam librum, aut aliquid donec,
hoc prælato placebit. Et de hac interpretati
ua licentia loquimur quoties dicimus illam
sufficere. Ita Lud. Lop. to. 1. cap. 156. & Ma
nu. Rod. in su. 1. p. c. 31. nu. 3.

Prima conclusio. Etsi sit probabilis sente
tia Victoriae afferentis posse Religiosum, se
clusa speciali prohibitione circa hoc, recipi
re aliquid sine Prælati licentia: dum tamē
habeat animum petendi licentiam quando
expendet illud, probabilius tamen videtur, il
lud non posse recipere sine prælati licentia
saltim interpretativa. Quia talis receptio si
cut,

cut, & datio eiusdem rei est translatiua dominij: ergo & est interdicta Religioso. Cum per votum paupertatis reddatur in capax dominij.

Secunda conclusio. Religiosus accipiendo sine licentia aliquid communitatis, aut rem alteri Religioso applicata, peccat mort. ex genere. Cum accipiat alienum in uito domino rationabiliter. Ex paruitate tamen materiae erit peccatum veniale, vt si à communitate accipiat sibi gallinam. Secus esset si donec earet eam extraneo.

Tertia conclusio. Religiosus accipiendo ab amico prandium, aut alia comestibilia nō peccat. Ad hoc enim presumitur habere licetiam à Prælato interpretatiuam. Et idem est de Religioso existente cum licentia extra conuentum, qui habet consequenter licentiam interpretatiuam recipiendi sibi oblata.

Dub. 4. an possit Religiosus sibi applicata distrahere sine licentia. **P**rima conclusio. Religiosus emens, vendens, mutuans, comutans, aut donans, aliquid cōmunitatis, vel sibi applicatum sine licentia saltem interpretatiua, peccat mort. ex genere. Quia in istis actibus, cum sint translatiui domini, habet se ut Dominus, & usurpat alterius do-

De voto paupertatis.

minium. Poterit tamen commodar librum, aut aliam rem sine expressa licentia. Quia per comodatum non transfeatur dominium.

Secunda conclusio. Religiosus potest dare alteri Religiosi sui conuentus librum valentem quinque argenteos, aut aliud simile. Ita Ludou. Lopez i p.q. 156.co. 3. imo Manuel Rod in su. i.p.cap. 90.nu. 11. tenet, posse dare librum valentem quinque aureos. Item potest Religiosus commutare libros cum alijs libris etiam secularium æquè bonis: ut ait Ludou. Lop.con. 4. Quia ad omnia prædicta præsumitur adesse licentia prælati interpretationia: si aliâs non stet specialis prohibitiō prælati in contrarium. Imo ut ait Ludou. Lopez iuxta istam interpretationam licentiam Religiosus iter agens ex pecunijs sibi datis in eleemosynam, aut aliter acceptis potest expendere cum consanguineis etiā diuitibus usque ad decem aureos, aut eorum valorem. Hæc enim donatio non censetur prodiga: sed rationabilis, in ratihabitione Prælati fundata.

Dub. 5. quantam licentiam potest Prælaus regularis sibi, & subditis concedere ad donandum extraneis.

Prima conclusio. Prælati regulares possunt sibi, & suis concedere licentiam donandi usque ad decem aureos de bonis sibi applicatis, pro causa pia, & rationabili. V. g. pro pauperibus, pro nuptijs cognitorum, pro gratificatione beneficiorum, pro cultu diuino, & similibus. Non tamen possunt amplius insu mere sine licentia Provinialis, aut alterius similis, vel superioris Prælati. Ita Cordo. in su. q. 54. & Ludou. Lop. in instruct. nego. lib. 2. cap. 40. Et ita (ait iste) præceptum est fratribus ordinis Predicotorum in capitulo Pisano. Et hoc ita seruant Prælati timorati, & docti. Et intelligitur cœlusio de donatione inter viuos, non de donatione causa mortis. Hæc enim in multis æquiparatur testamento, quod Prælatus regularis condere non potest. Ita Naua. lib. 3. cōs. 6. tit. de dona. & Manuel Rod. in su. 1. p. ca. 90. nu. 7.

An verò prædicti Prælati possint conce der licentiam ad prædicta, hospitibus sui ordinis. Ad hoc, secunda conclusio sit negativa. Ita Ludou. Lop. in su. 1. p. cap. 156. in fine. Quia in constitutionibus fratrum Prædicato rum, d. 1. cap. 14. habetur, quod Religiosus non expendat pecunias sine licetia sui Præ lati: sed Prælatus unius conuentus non est

propriè Prælatus hospitum in suo conuentu existentium, etiamsi in aliquibus ex dispositione dictarum constitutionum, & ordinationum superiorum, hospites eis subdantur, ergo.

Tertia conclusio. Religiosus extra suum conuentum cum licentia existens, censetur habere interpretiuam licetiam ad expendendum pecunias, non tantum pro usibus in itinere necessarijs: sed etiam quoties instat necessitas, aut utilitas expendendi aliquid, nec ad est prælatus, potest cum interpretiuam licentia, quæ tunc etiam præsumitur adesse, illud expendere.

Hæc dicta sint de Religiosis intra ordinem degentibus. Nam alijs ex Papæ licentia ab ordine exemptis, ut Episcopis, aut alijs beneficiatis solet Papa ampliorem concedere licentiam, ut scilicet, ex redditibus suorum beneficiorum, vel ex aliter acceptis possint in vita, vel morte ad pia opera prohibito dispendare.

Hactenus dicta procedunt stando in natura voti paupertatis, & seclusis specialibus prohibitionibus summorū Pontificum, aut aliorum prælatorū. Nouissimæ Clem. VIII. in motu qui incipit, Religiose Congrega-

tionis , edito 3. Kalendas Julij anno 1594. multa vetat Religiosis vtriusque sexus exceptis militaribus, circa largitionem munorum . Qnæ tamen omnia , exceptis poenis ibi impossitis, continentur in iure communī antiquo, ut notabimus.

Primo, interdicitur Religiosis etiam Prælatis, & conuentibus ne per se, aut per alios, etiam in directe, aliquid liberaliter , vel munera donent : exceptis leuibus exculentis, & poculentis, & ad deuotionem pertinentibus munusculis. Et adhuc ista leuia nomine conuentus largiantur , & ubi superiori de consensu conuentus videbitur expedire. Et quidem donatio liberalis vetatur Religiosis, in ca. nulli liceat, & in cap. si quis, de rebus Eccles. non alien. & ca. cum ad monasterium de statu Monac. Et donatio leuium nomine conuentus facienda habetur etiam in ca. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli.

Not. Primo, pro explicatione, quod in hoc decreto sola liberalis donatio vetatur quæ secundum D. Tho. in 1. d. 18. q. 1. art. 2. est datio irredibilis , compensationem non intendens. Et sic bene possunt Religiosi cum licentia suorum Prælatorum eleemosy-

nas facere, festa celebrare, expendendo ali-
quid pro musica, &c. remunerare, & gratifi-
ficare obsequia, & beneficia recepta a Medi-
co, aduocato, aut ab alijs. Hæc enim & simi-
lia non sunt propriæ donationes, sed satisfa-
ctiones. Secūdo not. quod donatio indirecta
in hoc decreto vetita, dicetur V.g. si conuen-
tus remittat liberaliter, & non titulo eleemosy-
næ, aut alio iusto titulo legitimam Religio-
ni iam hæreditatam, aut alia debita; aut si Re-
ligiosus mutuet, animo non repetendi mu-
tuum.

Tertio Not res leues esse in duplice dif-
ferentia. Aliæ sunt ita paruæ, quod nullam
merentur recompensationem, ut calculus be-
nedictus, modicus panis, & ad ista dispensan-
dum non est necessaria dicta licentia. Aliæ
sunt æstimabiles, & recompensabiles siue
sunt comestibilia: sicut una caia de conserua,
siue sint res ad deuotionem pertinentes: si-
cuit una imago, vnas horas, etc. & de his pri-
cipitur, quod dentur nomine, & consensu co-
uentus. Et licet in isto decreto tantum fiat
mentio de leuibus comestilibus, & ad deuo-
tionem pertinentibus: idem etiam dicendū
est de leuibus alterius generis, sicut una caxa
de cuchillos, &c. Quoties enim in aliqua re-
gula

gula excipiuntur aliqui casus, consequenter manent excepti similes casus. Ita in Cle-
men. exiui de paradiso, § d i. de, & est com-
munis sententia iuristarum Bart. incap. 2. de
coniugio leprosorum, Feli. in cap. Pastora-
lis. Imo licet l. x (dicunt isti) limitaret excepc-
tiones dicendo, exceptis istis tantum casi-
bus, adhuc exceptio est extendenda ad simi-
les casus. Sicut in le. fin. C. de reuocandis do-
nat. statuitur, quod per solas quinque causas
potest reuocari donatio; & tamen glossa cu
communi sententia tenet, posse reuocari per
alias similes causas. Et ratio est, quia cum lex
non possit excipere omnes casus exceptione
dignos: ponit aliquos loco exemplorum.
Et si obijcias communem regulam iuris, quod
casus exceptus firmat regulam in non exceptis.
Inteligitur de casibus non exceptis, qui
alias sunt dissimiles, exceptis.

Secundo, vetatur in dicto decreto Religio-
sis, etiam prælatis ne ista dona inter se largia-
tur; nisi rerum minimarum, & cum licentia
superioris in scriptis. Et quidem ista largitio
vetatur Religiosis hic, & in locis supra citatis
ad adipiscenda officia, & dignitates, & sic do-
nati, iuxta non sit hac intentione non veta-
tur hic. Exceptio vero minimarum cum præ-
lati

De voto paupertatis.

Iati licentia habetur, in ca. Exiit qui seminat de verb. signific. §. de vilibus.

Not. primo quod pro assignanda materia leui in hoc, non datur certa regula: sed iuxta regulas prudentiae attentis circumstantijs loci, temporis, personæ, & finis, erit statuenda, secundum Naua. in ca. non dicatis. n. 25. Quod enim respectu unius personæ, & in uno loco, vel tempore est paruum, respectu alterius personæ, &c. est magnum. Et quod in se est paruum respectu alicuius finis, potest esse magnum. Sicut deferre triticum, aut alia extra Regnū, in se est quid paruum: sed in ordine ad bonum reipub. erit magnū. Et sic pro assignanda materia leui sunt duas regulæ.

Prima est, considerare finem istius legis vetantis donationes extra ordinem ad fugienda multa damna ex disipatione patrimonij Christi prouenientia; & vetatis donationes inter Religiosos, ne prava ambitione impulsi pro consequendis in Religione gradibus, & dignitatibus alterius gratiam aucupetur. Et sic secundum hæc licet Religiosus furando, auf sine licentia donando quatuor argenteos. V.g. peccet mortali- ter contra iustitiam, aut contra votum pau- pertatis.

peritatis, si ista materia, ut suppono, sit grauis pro furto, vel pro voto paupertatis, non tam
men erit materia grauis pro virtute liberali
tatis nec eam donando Religiosus dissipatur
patrimonium Christi, aut dignitas aucupat-
tur. Et sic nec peccatur contra istam legem.
Ista doctrina approbatur à Naua. traet. de
Datis & promis. vbi explicando decretum
Bonif. VIII. prohibentis data, & promissa
ad aliquid gratis, vel ex iustitia obtinendum,
ait, non satis esse dare rem, quæ si d. fraude-
tur, esset peccatum mortale. Nam tali perso-
na potest dari, verbi gratia, equus ut recte in-
dicetur, tale donum cum non obsecrandum,
qui est finis dictæ legis. Et confirmatur
hoc ex cap. & si questiones, de Symonia.
vbi Papa scribit cuidā Episcopo, ne timeat
incidisse in symoniam per hoc, quod eius
frater dedit equum Cardinali; qui cum
consecerat. Quia præterquam quod ibi mul-
lum interfuit pactum: equus erat donum
nimisparuum respectu talium personarum,
nec censetur, Cardinalem ex hoc ad illud in-
clinatum.

Secunda regula pro cognoscenda materia
leui istius legis est, grauitas pœnarum impos-
itarum pro eius transgressoribus. Et secun-

De voto paupertatis.


dum hoc, omnis donatio quę non punitur pę
nis istius legis, & si aliàs sit ista lege vetita,
vt petè, si non sit cū licentia superioris, & no
mine, & consensu conuentus, reputatur le
uis. Vbi nota quòd vt poena sit iusta debet
proportionari culpe. Et cum lex ista, vt po
tē à Christi Vicario lata, sit sancta, & illius
pænæ grauissimæ, non est extendenda ad
minima, V. g. ad unum libelum, & similia.
Quia ad ista non se extendit ratio legis. Imò
licet istorum largitio sine licentia Prælati sit
aliàs peccatum mortale contra votum pau
pertatis: tamen respectu istius legis, & in or
dine ad finem illius, eritt tantum culpa leuis.
Cum sit donum leue, nec puniatur poenis is
tius legis. Quævis enim lex intendit punire
peccata, quæ sunt grauia in ordine ad eius fi
nem.

Tertiò præcipitur Religiosis, ne cum ali
quo benefactore, vel preſule etiam ex eodē
ordine assumpto occasione transitus, aut ad
memoriam accepti beneficij, gratique ani
mali testificationem, aut quauis occasione pe
cunias insument honorificē, lautē, & oppipa
rē, pro eorum receptione, pro conuiuijs, pro
exhibendis spectaculis, etiam Pijs. Nisi re ve
ra pro diuino cultu, & veris pauperum necel
latis.

sitatibus, habita in hoc necessitatis ratione, & ex consensu superioris: vel alias in rebus licet, nec vetitis per capitula Prouincialia, aut Generalia. Ista etiam sumptuum prohibito, sicut, & cōuiuia, & farsæ, vetantur in ca. comedationes, & ca. multis, & ca. non liceat. d. 44.

Not. primo. Hic tantum veteris sumptus excessiui, dum dicitur honorificè, oppiparè, & lautè. Vnde non est hic vetitum inuitare aliquem sine ista prophanitate, & multo minus, quod fit in Religionibus quando in festis suorum patronorum inuitant alios Religiosos, & personas deuotas. Sic enim fraternitas conciliatur, & plebs edificatur. Et quod insumitur in festis, monumentis, & Eucharistia solemnis, & pauperum hospitio, seruata in hoc modestia Religiosa, iam excipitur in ista lege. Vbi etiam habetur, quod si diuites occasione transitus, vel ex deuotione, aut necessitate ad Religiosorum loca divertant, communi refectorio sint contenti.

Secundo notatur circa illud grati animi testificationem: hoc esse intelligendum, quod non disipent bona Religionis sumptibus excessiuis hoc colore gratificationis. Quod continget, quoties vellint gratificare aliquod ob



De voto paupertatis.

Sequitur parui momenti; ut si alicui donem
aliquid, quia exhibet mihi consuetam reue-
rentiam. Non tamen intendit lex ista tolle-
re verum titulum gratificationis ita necessa-
riæ ad hominum conuictum, & fundatæ in
lege naturali. Si enim Religiosi non essent
grati suis benefactoribus, nullus eisdem be-
nefaceret.

Quartô, in isto decreto inhabilitantur re-
cipientes aliquid contra illius tenorem ad il-
lud retinendum, nec absoluuntur dum non
restituunt, si commodè possunt: si minùs, si
nō præstant cautionem de restituendo. Ita
etiam habetur in Clem. i. de rebus Ecclesiæ
non alie. Et præcipitur in dicto decreto,
quod ista restitutio fiat conuentui, de cuius
bonis facta est donatio. Et si donatio non sit
facta de bonis conuentus, fiat restitutio con-
uentui, in quo Religiosus qui donauit, est
professus. Et si donatio sit facta nomine
conuentus, aut Prouinciarum, aut ordinis: resti-
tuatur donatum communi mensæ eius, cu-
jus nomine datum est: ita quod nec donator,
nec conuentus valeat restitucionem remit-
tere, vel concedere, quod pauperibus eroge-
tur. Et hoc etiam habetur sic in ca. abbati. d.
54. Ex dictis patet legem istam loqui de do-
uatio-

nationibus factis ex bonis, quorum communitas Religiosorum est domina: cum præcipiat, quod restitutio fiat communitati.

Quinto. Ponuntur grauissimæ poenæ pro transgressoribus. Primo, perpetua infamia. Secundo, priuatio, ipso facta, utriusque vocis, dignitatum, graduum, munerum, & officiorum. Tertio, inhabilitas ad ista, & similia. Quartò, aliæ poenæ furti, & symoniæ, & que continentur in iure, & in statutis Religionū contra proprietarios.

Not. primo. Quod cum istæ poenæ ponantur transgressoribus istius legis, quæ est de largitione munerum, ut patet ex eius titulo, non incurruunt à recipientibus, sed à solis largientibus dicta munera.

Not. secundō, quod nomine officij, gradus, honoris, vel dignitatis, intelliguntur officia habentia honorem cum superioritate, ut sunt Prioratus. Non tamen intelligitur officium Lectoris, Prædicatoris, vel Confessoris. Ita declarauit Sixtus V. in motu qui incipit, ad Romanum spectat Pontificem edito 12. Kalen. Nouemb. anni 1588. pro explicando suo proprio motu contra illegitimos, ubi eos eodem tenore priuat officijs, dignitatibus, &c.

Not. tertio, circa illud ipsos facta, &c. quod

De votis paupertatis.

ante sententiam declaratoriam non tenetur
reus subire poenam possit uam consistentem
in actione, & passione, ut exilium. vel poena
pecuniariam. Imo nec poena consistentem in
sola passione, ut poena mortis, aut abscissio
nis membra; etiamsi lex dicat ipso facto, &
absque alia declaratione sint priuati suis bo
nis, suo officio, &c. Hoc enim sic debet intel
ligi, ipso facto absque alia declaratione, scili
cet poenæ; non tamen absque alia declaratio
ne culpa, cui est impossita illa poena. Ita co
muniter Thomistæ cum D. Tho. 1.2. q. 96. ar.
4. & 22. q. 62. art. 3. Vñes ibi, dub. 2. Siluest.
Ver. poena. nu. 28. inhumanum enim esset,
quod reus occultus condemnaret, & prode
ret se: & simul esset iudex, testis, accusator
sui, & executor sententiæ. Secundus fit de poena
consistente in sola priuatione, cuiusmodi sunt
censuræ Ecclesiasticæ, quæ incurritur ante
sententiæ declaratoriam à violatibus leges
habentes tales poenas. Et ratio differentiæ
est, ut ait Vñes, quia per istas poenas non
priuatur homo bonis iam habitis, sicut per ex
communicationem non priuatur homo bo
nis iam acquisitis: sed suffragijs, quæ sibi ab
Ecclesia prouenire poterant. Et per suspen
sionem, & irregularitatem non tolitur potes
tas

tas iam habita: sed tantum impeditur exercitium talis potestatis. Non sic autem in alijs penitentiis, sed per illas priuatur reus bonis iam habitis.

Sextò præcipitur ordinarijs, ac eorum Vicarijs, & superioribus regularium; vt current, hoc statutum inuiolabiliter obseruari. Vbi notandum primô. Quod Papa non facit Episcopos executores istius legis, vt aliqui dixerunt, ratione cuius excusabantur aliqui, dum lex ista per Episcopos non promulgabatur: sed ipsis Episcopis, sicut & superioribus Religionum, singulis pro sibi subditis, etiam monialibus executio istius legis præcipitur. Multæ enim moniales subduntur Episcopis.

Secundo Not. Quod quando Prælati inferiores sub formali præcepto, & in virtute Spiritus Sancti præcipiunt istius legis sicut, & aliarum legum suorum superiorum obseruantiam, sicut solet fieri in Religionibus, non imponunt nouum præceptum, nec istud præceptum cadit supra materiam, quæ stando in sola vi legis superioris non obligaret sub peccato mortali: sed præceptum inferioris Prælati cadit supra promulgationem legis, & supra totam legem incommuni in ea forma si-

ent in illa continetur. Sicut qui vovet, aut iuraret statuta alicuius Religionis, vel Collegij, vel leges alicuius officij promittit illa seruare secundum formam, & rigorem in eis contentam, & non sub maiori obligatione.

Septimo. In isto decreto revocantur contraria priuilegia, & statuta etiam iurata, ordinationes Apostolice, coasuetudines, indulta cuiusvis ordinis, aut Collegij, quouis iuramento, & authoritate etiam Apostolica robora-
tæ: dum non fiat expressa mentio istius legis de verbā ad verbum. Et intelligitur hoc de indultis concedendis ab eodem Papa, qui tulit istam legem. Nam ut Papæ successores aliter statuant, non necessitantur face-
re istam expressionem istius legis de verbo ad verbum. De quo dicemus latius lib. 2.
cap. 3. dub. 3. Et notandum quod hic non re-
vocatur ius commune, ut patet; & sic nec pri-
uilegia in illo inserta: cum ista vendicent si-
bi aliud nobilius nomen, & sint iam leges
communes, & sic non manent revocata
per generalem revocationem omnium pri-
uilegiorum. Ita communiter iuristæ in le-
hæres absens, ff. de iudicijs, Felin.ca. 1. de ref-
criptis, nu. 12. & Naua.lib. 3. cons. 87. tit. de
regula.

Octauo , ponitur promulgatio dictæ legis. Et præcipitur, quod ista lex incipiat obli gare intra montes post sexaginta dies à pro mulgatione in Romana Curia: & ultra mon tes post quatuor menses à dicta promulga tione. Et licet de hac lege fuit supplicatum, non tamen fuit à Papa admisa supplicatio. Et sic in Hispania per Nuntium Apostoli cū fuit hoc intimatum cunctis ordinum Pro curatoribus, illis præcipiendo, ut de hoc suos Superiores certiores faciat, & executioni mā dent. Et ita est intimatum nostro prædicato rum ordini in capitulo generali Romæ anno 1601. Hoc decretum latius à nobis est inter pretatum, ut ex eius interpretatione similia decreta interpretari noscamus.

C A P. III,

De bonis in communi habendis á Religiosis.

DVb. Prim. An possint Religiosi habere bona in communi. Prima cōclusio. Aliquæ Religiones nō pos sunt habere bona etiā in cōmuni.

C 5 sicut

sicut sacra Religio Seraphici Patris Francisci. Item nostra sacra Prædicatorum Religio confirmata ab Honorio Tertio, 22. die Decembris, anni 1216. fuit fundata à sanctissimo Patriarcha nostro Dominico cum hoc rigore non habendi possessiones, aut redditus etiam in communi, sed postea per Sextum IIII. prima die Iulij, anno 1475. fuit in hoc dispensatum, vthabetur in nostris consti. d. 2.ca. 1.& 10. Et meritō. Quia cum nostra sacra Religio sit specialiter instituta pro salute animarum, ad quod tanto studio, & literarū exercitio, sicut in hac veluti generali Universitate profitemur, opus est: si Religiosi ad subueniendum tot necessitatibus extra septa monasterij passim egredi cogerentur ab illo tam sancto, & valde necessario literario exercitio nimis retardarentur.

Secunda conclusio. Aliæ Religiones, præter Seraphicā, possunt habere bona in cōmuni. Ita conceditur in Concil. Trid. ses. 25.ca. 3. & sic succedunt Religiosi, & pro ipsis dum viuant, religio in bonis parentum, & consancti ideo sicut guineorum eo modo, quo succederent, si explicitet. sent in seculo. Ita cōcessit ordini Prædicatorum Clem. 4. Bu. 2. & Nicol. 3. Benedictinis iuris. Bu. 1. Item monasteria possunt acquirere hec. A. Logistica de iure communi, salvis institutis Societatis Iesu.

reditates, legata fideicomissa, &c. Et illa, & alia sibi debita repetere. Ita concessit Celestini Eug. 4. Bu. 7. & Benedictinis Bu. 9. ubi ex communicantur, qui contrauerint, si intra tres dies à notitia huius indulti, non defissant. Item possunt Religiosi recipere quæcū que sibi donantur de male acquisitis, incertis, & de legatis indistincte relictis in pios usus. Ita concessit minoribus Alexan. 4. Bu. 16. & 17. & Sixtus 4. Bu. 33. pro prædicatoribus. Et possunt religiosi commutare sibi legata ad unum usum in alios usus: sine scandalo tamen ista legantium. Ita concessit Sixtus 4. inter viua oracula. Et idem etiam concessit inter viua oracula Leo. 10. de rebus donatis per viuentes.

Dub. 2. an habere bona in communione, contrarietur paupertati Religionis, vel minuat paupertatem Euangelicam. Conclusio. Habere bona in communione in nullo minuit paupertatem Euangelicam. Imò ista est perfectissima paupertas à Christo, & Apostolis seruata, ut patet acto. 2. Habant enim Apostoli bona in communione. Et oppositum nostræ Conclusionis damnatur à Ioa. 22. in extrau. ad cōditorē, & in extrau. inter nō nullos de verbis. sig. Et aliqui illud assertentes sunt sicut heretici

tici combasti. De quo indirect. inq. q. 17. & 18. Et postea Nicol. 3. qui hoc ipsum tenuit, errauit sicut Doctor particularis explicando suā sententiam, ut declarat Bened. 12. inde re & inq. loco cit.

Dub. 3. An administratio bonorum monasterij pertineat ad solum Prælatum regularium, ita quod solus ille sine consensu conuentus possit bona alienare.

Not. Primò, quod alienatio propriè sumpta est a clauso, quo transfertur dominium rei, quæ alienatur. Ita le. 1. C. de fundo. Sed largè sumpta includit emphiteusim, locationē ad longum tempus, scilicet, ultra trienū. Ita in extrau. ambiciose, de rebus Ecclesiæ non alie. Includit etiam venditionem sub conditio-ne, donationem, venditionem, permutationem, aut emphiteuticum contractum per petuum. Ita in ca. nulli liceat, de rebus Ecclesiæ non alie. Et in materia odiosa sumitur alienatio propriè, & in materia fauorabili, si-cut modo, sumitur largè.

Not. Secundo, quod inter bona monasterij, alia sunt, quæ seruando seruari possunt: ut sunt bona immobilia, & mobilia pretiosa, scilicet, vestes factæ, ius ad annuos redditus etiam redimibiles, vel ad annuos fructus. Ut

uit Panor.in cap.cum nullo, de rebus Eccle-
siæ non alie, & Naua.lib.3.conf.6. & 7. lit.
de reb.Eccles.alie. Item res quæ non corrumpuntur
puntur triennio,& aliæ sunt fructiferæ : ut
oues sunt res quæ seruando seruari possunt:
Secundum Silu.verb.alienatio num.7. Alia
sunt bona,quæ seruando seruari nō possunt,
ut sunt vestes detritæ,fructus arboris excisi,
& res, quæ vnico consumitur vsu : sicut o-
leum,vinum,triticum. Imò & pecunia,nisi in
duobus casibus,primò quando est deputata
pro emendis immobilibus, ita quod Præla-
tus, & capitulum sic eam inuestire tenean-
tur. Non tamen quando simpliciter , & sine
voto, aut iuramento sic eam inuestire delibe-
rauit. Secundo, quando est in magna quanti-
tate: Secundum Armi.verbo alienatio,nu.4.
& secundum alios. Licet Silu.hoc non appro-
bet,& meritò. Alias pecunia ista à solo præla-
to alienata posset repeti à conuentu iuxta
dicenda infra.

Prima conclusio. Prælatus ipse sine con-
uentu potest alienare bona , quæ seruando
seruari non possunt, ut patet ex vsu. Semper
tamen debet adesse causa sufficiens. Cū Præ-
latus nō sit dominus, sed dispensator bono-
rum conuentus. Ita armi.ver.alienatio.

De bonis in communi.

Secunda Conclusio. Licit alicuius alienatio bonorum Ecclesiæ, aut monasterij etiam bonorum, quæ seruando seruari possunt: cum aliquibus tamen conditionibus. Prima, quod ad sit causa sufficiens. V.g. si debita urgeant, & de redditibus monasterij soli non possint. Ita in cap. sicut. 12.q. 2. Item erit causa sufficiens, utilitas conuentus, ut scilicet, rem meliorem habeat, sicut fabricatio Ecclesiæ, ampliatio monasterij. Ita in cap. sine exceptione. 12.q. 2. & cap. tua nuper de his que sunt a Prælato sine consensu, cap. erit etiam causa sufficiens incommoditas, ut potest, quia res est magis damnosa, vel minus utilis. Ita in cap. terrulas. 12.q. 2. Item erit causa sufficiens, pietas, sicut pro redēptione captiuorum, pro cibis pauperum in tempore famis. Ita in cap. Sacrorum, 12.q. 2. de quo Silvester verbo alienatio dub. 2.

Secunda conditio est, licentia Prælati superioris. V.g. in nostro Prædicatorum ordine postulatur pro alienationibus istis licentia magistri ordinis. Ita habetur in nostris constitu. d. 2. cap. 1. Et per Paulum. 2. excommunicatur utraque pars aliter contrahentium cum in validatione contractus. Quia tandem iuxta easdem cōstitutiones, d. 2. ca. 3. Provincialis

uincialis in sua Prouintia habet eandem potestatem, quam Magister ordinis in toto ordine, Prouincialis licentia sufficiet: & de facto ita seruatur: de quo Silu. ver. alienatio, nu. 3. Sed nota quod ex concessione Euge. 4. Bu. 20. procisterciensibus, & ex cōcessione Grego. i 3. Bu. 9. quo Agustinis, possunt generales ordinū ratificare, & reualidare alienationes à suis Religiosis factas sine licentia eorū dem generalium, vel Prouincialium. Et ut notat Manu. Rod. in qq. regul. to. i. q. 27. ar. 2. cūm generales ordinum sint tantum dispēfatores bonorum ordinis, non possunt reualidare dictas alienationes sine tractatu, & causa cognitione. Conceditur enim in dictis privilegijs Greg. & Eugen. posse ratificare, & reualidare non qualis alienationes à subditis factas: sed quæ factæ sunt in evidentem eorū utilitatē. Dicitur enim in Bu. Greg. qui, scilicet generalis, diligēter causa examinata, & eidēter utili cōprobata, possit ratificare contractus: ita tamen, quod non sint validi ante dictam ratificationem, nec transferant dominium. Vnde ait Geminian. conf. 48. presbyt. colu. 3. non posse dictos Prælatos suam authoritatem impartiri sine causæ cognitione. Alias nō erit valida authoritas Prælatorum

Iatorum prestita, & consequenter nec alienatio.

Tertia conditio, quod præcedat tractatus inter Religiosos in capitulo congregatos, an expeditatis alienatio. Et licet regulariter præmitantur tres tractatus cum tribus intervalis temporis: tamen unus si lemnis, & diligens sat est. Ut ait Armi. & Silu. verbo, alienatio, nu. 10. cum Panorm. in cap. tua, de his quæ fiunt a Prælato, &c. Vbi etiam ait glossa, quod tractatus non requirit deliberatum consensum, sed discussionem, & indagationem circa rem alienandam, an expedit, quod alienetur, & an possit subueniri Ecclesiæ, vel monasterio sine tali alienatione.

Quarta conditio, quod adsit consensus conuentus ad sonum campanula iuxta morem in capitulo congregati. Et consensus iste debet esse expressus: nisi quando agitur de alienatione rei respectu alicuius necessitatis, vbi parum leditur monasterium: tunc sat erit tacitus consensus, & taciturnitas. Ita Rebuffus de alienatione bonorum Ecclesiæ. nu. 118. Vbi not. quod stando in iure communis sat est consensus maioris, & senioris partis capituli. Id enim communitas facere censetur, quod facit maior, & senior pars. Et maior pars

pars totam communitatem representat i. x
ta ca. Cum in cunctis de his quæ sunt à ma-
jori parte, &c. Et ea. dudum de elect. Et dici-
tur maior, & s. nior pars illa, quæ inititur
maiori rationi, & pietati, iuxta ea. sane quip
pe. d. 9. Standum tamen semper est majori
parti; nisi contrarium probetur iuxta ea. du-
dum ei primo de electione. Vel nisi, ut di-
citur in c. cum in cunctis, minor pars rationa-
biliter contradicat, & id ostendat. Hæc pro-
cedunt stando in solo iure communi. Nam
stando in priuilegijs Clem. VII. vt habetur
inter priuilegia ordinis Prædicatorum, con-
cessit Generali Provinziali reformato istius
ordinis, & provintiæ reformatæ huiusmodi
sibi subditis in Italia conuentibus utriusque
sexus, vt alienationes fiant le consensu du-
rum partium ex tribus partibus vocaliū con-
uentus. Et sic in constitutionibus istius ordi-
nis. d. 1. ca. 14. petitur pro alienationibus in
toto ordine faciendis assensus prædictarum
duarum partium. Hoc ipsum concessit Au-
gustinis, & eorum monialibus Greg. XIII.
Bul. 9. Et idem concessit Leo X. Bul. 26. mo-
nialibus S. Claræ, & tertiarij. Sed illæ, & si-
miles concessiones in Religionibus, quibus
sunt concessæ debent obseruari. In alijs vero

De bonis incommuni.

Religionibus seruentur quæ illis fuerint concessa, cum alijs de iure communi requisitis, vbi de fuerit priuilegium.

Quinta conditio. Quod fiat instrumentum alienationis, vbi nomina consentientia scribantur, secundum Bart. in le. 1. ff. de albo scribendo. An vero sit necessaria subscriptio Religiosorum. In hoc Panor. relatus: Silve. ver. alienatio, nu. 4. ait: Innocentium dare regulam quod non requiritur subscriptio: nisi in casibus à iure expressis. Quia regulariter in quavis dispositione fiat est consensus, nec requiritur scriptura. Ita le. paetum, C. de patetis. Et sic in alienatione rei Ecclesiastice non est necessaria regulariter praedicta subscriptio: nisi in tribus, scilicet in venditione, permutatione, & donatione. Iuxta cap. fine exceptione. 12. q. 2. & cap. 1. & cap. tua nuper, de his qui fiunt à p̄latō, &c.

Tertia conclusio. Alienatio sine dictis conditionibus facta irritatur in clem. monasteriorum, de rebus Ecclesiæ non alijs. & in extrau. ambiciose, eodem titulo, & alibi se p̄. Et incurritur excommunicatio, & suspensio ab officio, ab alienante & ab eo cui res alienatur. Et Episcopo, & Abbatij alienanti in consulto Pape, aut contra tenorem dictæ extrau.

trau ambiciose, inter dicitur ingressus Ecclesie. In quo si obdurato animo per sex meses perseveret, illi transactis, est suspensus a regimine Ecclesiæ, vel monasterij. Et alij inferiores prelati sunt ipsos facti; priuati suis officiis Ecclesiasticis, secularibus, & regulanibus, curatis, & simplicibus, dignitatibus, & administrationibus. Et res alienatae ad Ecclesiam, vel monasterium reuertantur, nullo dato pretio, ut notat D. Ant. 3. p. ti. 24. cap. 9. Itē in cap. omnes. 17. q. 4. omnes raptores Ecclesiæ, atque suarum facultatum alienatores, & eis consentientes a limine sancte Ecclesiæ peluntur, damnantur, & sacrilegos iudicantur.

Quarta conclusio. Generales ordinū habent multa prīilegia pro alienatione bonorum ordinis. Primo possunt revalidare alienationes a subditis factas, alias in evidentem conuentus utilitatem: sed sine solemnitatibus de iure requisitis. V.g. si sunt facta sine instrumento, in quo fiat mentio de tali, vel tali re, &c. Ita Naua. de Spolijs clericorum, §. 2. num. 6. Et patet in alienatione facta a pupilo sine licencia tutoris, ut ait glossa in l. 2. ff. de acceptil. Quia, quando in aliquo actu requiritur aliqua solemnitas in ordine

De bonis in communi.

ad certum finem, valet obtento fine: licet deficit solemnitas. Sat est enim, quod solennitas postea interueniat. Quia iura tantum volunt esse statum ad finem. Ita Corse. in addiversi. papilus. Patet etiam exemplo electionis valide stando in iure naturæ, scilicet, ratione consensus electus eligentium: quæ valet in conscientia, nec electus tenetur renuntiare, licet sit nulla, ob defectum solemnitatem requisitorum de iure possitudo. Ita Innocen. in causa propter de elec. & Anton. de Butrio, & Panor. relati à Silu. ver. alienatio. nu. 12. & 13. Quia his possitum adinuenit istas solemnitates obvianta scandala, & deceptions. Et sic ex quo omnia ista cessant, & interuenit verus consensus, satis erit tutus quoad Deum. Et notetur hoc dictum, ait Silu. quia valet in omni actu, in quo est omissa solemnitas iuris possitui, seruato alias iure naturali.

Secundo Greg. XIII. Bu. 20. concessit generali Societatis Iesu, ut accepta informatione à Præpositis, vel Rectoribus domorum, vel ab eorum Vicarijs, vel à Provincialibus, vel ab alijs sibi bene vissis, auditis iuxta eorum institutum consultoribus, possit per se, vel per alterum in euidem tamen domo-

rum utilitatem quævis bona vendere, alienare, permutare, & in emphiteusim, seu libellum ad tres generationes, vel ad longum tempus concedere. Et hoc priuilegio cōmunicant, aliorum ordinum generales, iuxta di-
cenda, lib. 2. cap. 4.

Tertio, Generales ordinum, ac capitula generalia possunt quævis bona conuētuum pro illorum utilitate, & necessitate vendere, permutare, alienare, locare, vel in emphiteusim, seu libellum ad tres generationes, vel in longum tempus dare, etiam cum donationis, & inuestitutæ acceptione, ac præsentata pecunia, sine diminutione tamen soliti eorum redditus; necnon generaliter, & specialiter obligare, & hypothecare super illa, census quo suis redimibiles imponere, & vēdere, nec non de bonis eisdem compromittere, & quomodolibet de eisdem transfigere, illicisque simpliciter, aut liti de superhabite, & actionem etiam in non possessorem cedere, & renuntiare, utilitatemque venditionum, & aliorum huiusmodi, vel etiam necessitatem, vel aliam causam ob quam siant, simpli citer, & absque forma iudicij cognoscere, iudicare definire, & poenitus determinare, liberè liciteque, & quod quilibet contractus.

De bonis in communi.

super prædictis initi, vsque ad instantes cōcessiōnis tempus perpetuo valeant, partesque ipsæ ad illorum obseruationem omnino oblitæ gentur, & ipsi cōtractus quibus generalium, vel capitulorum generalium consensus, seu confirmatio accesserit non egeant alia Sedis Apostolice confirmatione, & approbatione. Ita concessit Societati Iesu; Iuli. III. & Greg. XIII. vt habetur in cōpen. Societatis, ti. alienatio, §. 1. & 2. & refertur a Man. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 27. ar. 3. Quo priuilegio cōmunicant alię Religiones, & sic earum generales, ac capitula generalia possunt renuntiāre cuius actioni, & liti habite super iuribus pertinentib⁹ ad monasteria etiam sine consensu conuentuum, quibus competunt talia iura. Et hoc est magnum priuilegium pro se dandis litibus interdum non sine scandalo ortis inter Religiosos ex utraque parte, & inter Religiosos, & alios. Ex hoc tamen non debent generalis facile cedere dictis iuribus: nisi re vera hoc redindet in utilitatē monast̄orum. Alias, vt ait M̄nu. Ro. tenebantur satisfacerē conuentibus Iesis. Et tandem difinitores capitali generalis possunt liberē dispensare de monasterijs, locis ac eorum bonis, prout utilitatibus ordinis videbūt.

debitur expedire ita concessit Eugenius
III. Bul. 5. pro Benedictinis sanctæ Lu-
stinae.

C A P. V.

De voto castitatis.

NOT. Religiosum per votum casti-
tatis abdicare à se omnes venerio-
rum delectationes, etiam alias sibi
in statu coniugali licitas. Et casti-
tas, quæ ante votum ad solam virtutem tem-
perantie, & castitatis pertinebat, per votum
pertinet etiam ad virtutem Religionis. Et sic
violatio castitatis in Religioso habet duplice
specificam maliciam in confessione necessa-
rio explicandam, ut potè, & contra Religio-
nem, & contra castitatem.

Not. Secundo, votum castitatis esse du-
plex aliud simplex, aliud solemne. Et fit sole-
ne, vel per susceptionem sacri ordinis, etiam
si expressè castitas non veueatur, ut ait Di-
uus Tho. in 4.d. 37.q. 1.artic. 1. vel per pro-
fessionem expressam aut tacitam ad certam
regulam seu Religionem à Sede Apostoli-

De voto castitatis.

Iica approbatam. Ita in cap. vnico , de voto
& vo. redeimp. in 6.

Not. tertio , quod cum Religiosi magis
subdantur Pape etiam per votum obedien-
tiæ, quam Prælatis suorum ordinum, & ei po-
tius obediunt teneantur; ad eundem Pontifi-
cem spectat statuere leges, quibus status Re-
ligiosus conseruetur. Et sic pro voto castita-
tis, melius seruando statuit leges vetantes in-
gressum secularium in monasteria Religio-
sorum utriusque sexus , & egressum monia-
lium extra clausuram suarum domorum,
quas in hoc capitulo explicari contendim-
us.

Dub. I. An licet mulieribus intrare mo-
nasteria Religiosorum. Not. quod per monas-
terium tantum intelligitur claustrum, dormi-
torium, & officinæ interiores. Ut patet pri-
mo ex Inocen. III. nicho. 3. & Grego. IX.
sic explicantibus regulam minorum vetan-
tem dictum ingressum. Et sic mulieres intrâ-
tes hortos contiguos monasterijs , & sacrif-
tiam dum tamen per istorum portas, & non
conuentus intrent, non violant Pontificum
leges vetates ingressum in monasteria. Nes-
obstat, quod Greg. XIII, in suo proprio mo-
tu, de quo statim, ait quod non licet intrare

mo-

monasteria, & loca. Quia per monasteria, & loca idem importatur. Licet Manu. Rod. exponendo decreta Pij V. & Grego. XIIII. dicat intelligi de hortis etiam contiguis, sed contra usum contrarium. Secundo in consti. fratribus Prædicatorum, d. 2. ca. 1. habetur, quod mulieres non intrent claustrum, oratorium, vel alias officinas interiores. Et licet statim in glo. declarando ponatur poena grauioris culpæ introducentibus mulieres in hortos, in dormitorium, in camera s, yd alias officinas interiores: tamen quantum attinet ad culpâ sola priora loca dicuntur monasterium, de quo loquitur prohibitio Summorum Pontificum.

Prima conclusio. Non licet mulieribus intrare monasteria Religiosorum. Quia Eugen. IIII. Bu. 9. & 11. pro benedictinis exco^municat mulieres monasteria Religiosorum intrantes, & ductores & receptores earum si voluntariè id fecerunt. Et si dicas legem istam per contrarium usum esse abrogatam, ut dicebat sapientissimus, & Religiosus valde paternoster magister frater Petrus Fernandez confessarius Principis Hispaniarum. Philippi III. tamen postea Pius V. Bu. 20. excommunicatum reservatione mulieres monasteria

De voto castitatis.

ria Religiosorum intrantes, prætextu aliquam
rem licentiarum, quas ibi reuocat, etiam si iste
licentias habentes sint Ducissæ, Marquio-
nissæ, vel Comitissæ. Et ibidem præcipit Pre-
sidentibus conuentuum, ac eorum Religiosis
sub priuatione officiorum, & inhabilitatione
in posterum ad eadem, & similia, & disimi-
lia, & suspensione à diuinis ipso facto, &
sine alia declaratione incurritis: ne eas in-
troducere, admitere vē præsumant. Et pos-
tea Greg. XIII. Bu. 41. idem ac Pius V. &
sub eisdem poenit statuit, & confirmauit.
Imo & addit imponendo excommunicatio-
nem latè sententię predictis, dictum ingressum
sub prætextu dictarum licentiarum per
mitentibus. Vbi nota, quod in dictis decretis
non comprehenduntur Imperatrices, Regi-
nat, Infantæ, quibus ingredientibus licet se-
cundum deferre ancillas ex more eis associates.

Quia secundum Panor. tit. de priui. nu. 7. pri-
uilegium alicui concessum, eius etiam socijs
fauet. Ut patet in illo, qui in tempore inter-
dicti inter esse potest diuino officio cum asso-
ciantibus ei ex more.

Secunda conclusio. Licet stando in rigo-
re prædictorum decretorum Pij V. & Greg.
XIII. tantum videatur interdictus ingressus

mulierum in monasteria sub prætextu illarū
licentiarum ibi reuocatarum ; tamen stando
in declaratione Pij V. Data Rome, die 27.
Januarij anni, 1568. omnibus mulieribus est
interdictus ingressus quo cunque motiuo id
faciant. Et declaratio Pij V. talis est.

Nos Alexander miseratione diuina tituli
S. Ioannis Anteportam Latinam, Presbyter
Cardinalis Cribelus nuncupatus, omnibus,
& singulis præsētēs literas inspecturis, lectu-
ris, & audituris fidēm facimus indubia, & in
verbō veritatis atestamur qualiter sanctissi-
mus in Christo pater Pius diuina prouiden-
tia Papa V. viue vocis oraculo nobis factō di-
xit, & declaravit fuisse, & esse mēte suā, & in
tētione, quod eiuslittere sub forma brevis sub-
die. 24. Octob. anni 1566. Pōtificatus sui an-
no. 1. editæ, in quibus mulieribus quibuscum-
que ingressus monasteriorum regularium
cum derogatorijs clausulis, & irritantibus
decretis prohibebatur, nō solum comprehen-
derent, & comprehendant mulieres haben-
tes, & habere prætendentes facultatem, &
indulta ingrediendi huiusmodi monasteria;
sed etiam omnes, & quascunque mulieres
sicut etiam in genere quam in specie, &c. Ita
refert Manu. Rod. inter viua ora. Pij V. &
ita.

ita seruant Romæ Papæ penitentiarij de sententia Greg. XIII. & Nuntius in Hispania. Et in nostro Prædicatorum ordine facta est executioni mandatum. Et intelligitur de mulieribus habentibus sex annos completos, ut etiam notat Manu. Rodr. dum exponit dicta decreta.

Tertia conclusio. In aliquibus casibus licet mulieribus intrare monasteria Religiosorum. Primo in declaratione prædicta Pij V. subiungitur sic, significans nihilominus idem sanctissimus dominus noster eodem viue vocis oraculo nobis facto; quod proptor hoc, & per dictas suas literas non intellexit, nec intelligit, quod mulieribus præcludatur aditus accedendi ad monasteria, & loca regularium, ac eorum claustra, quando in eis Missa, & alii diuina officia celebrantur; ac quando processiones fiunt, & quando fidelium cadauera ibi sepeluntur, ac etiam pro eis suffragia fiunt. Sed liberè concessit, & concedit eisdem omnibus mulieribus facultatem, ut ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur cum alijs Catholicis personis accedere liberè, & licite possint. Et similiter, quod quando diuinum verbum in Ecclesia monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi proponitur,

vel propter aliquam causam est tantus con-
cursus populi, quod commode ingredi non
possunt per principalem portam Ecclesie,
concedit eodem viue vocis oraculo, ut dictae
mulieres unum cum alijs secularibus personis
possint ingredi, & egredi per portam claus-
tri monasteriorum, & regularium locorum
huiusmodi; dum tamen recto tramite acce-
dant ad portam, qua exitur a monasterio. Non
obstantibus, &c. hæc Pius V. Vbi notat. r. n. 3
licere facere processiones extraordinarias
hoc animo ut mulieres claustrum intrent. Si
tamen aliqua mulier petat Missam in aliqua
capella claustrorum, possunt cum ea omnes mulieres
intrare. Not. secundo, posse mulieres exerce-
re in dictis locis quando predicae celebran-
tur: non taliter, quod statim finita celebratio-
ne egredi ceneantur: sed possunt aliquantu-
lum inmorari. Quia res morales non consi-
stunt in indiuissibili, sed habent latitudinem
moralem ad arbitrium prudentium. Si tam
mulieribus sic ingressis praebatur ibi pran-
dium, aut si quando infesto corporis Christi,
processione facta de mane, mulieres per to-
tum diem in claustro etiam ornato detinen-
tur, violent dicta decreta. Secus sit. si proces-
sio sit in mane, & vespere. Secundò licet mu-
lieribus

Ieribus intrare monasteria Religiosorum;
Religioso aliquo grauiter egrotante, & defi-
ciente medico, potest intrare mulier medi-
ca, quæ eum medeatur, si Religiosus exire nō
potest, cum licentia tamen prioris de consi-
lio discretorum, & cum aliquibus seculari-
bus associata, ut sic vitetur scandolum. Quia
conseruare vitam est cuique naturalissimum.
Secundo quia egressus monialium à clausu-
ra strictius vetatur, quam ingressus mulie-
rum in monasteria Religiosorum: sed mo-
niales ob causam legitimam morbi, & aliarū
rerum possunt egredi à clausura, ut dicetur
Latius. dub. 3. ergo.

Quarta conclusio. Officia, quibus primitur, & ad quæ inhabitantur violatores istarum legum sunt, quæ habent iurisdictionem
annexam, ut sunt Prioratus, &c. Iuxta dicta
supra in explicatione decreti de largiti-
ne munierum. Et sic possunt esse Definito-
res, Lectores, Prædicatores, &c. Item isti
violatores suspenduntur à diuinis, scilicet, ab
exercitio ordinum etiam minorum. Non
enim possunt solemniter ministrare aliquod
Sacramentum, nec dicere solemniter ora-
tiones in choro, nec Euangelium, aut Epi-
stolam solemniter, nec ceroes deferre, vel
alia

alia annexa ordinibus etiam minoribus exercere. Suspenduntur etiam à diuinis officijs ordinibus non deputatis, etiam si sunt extra Ecclesiam, exceptis horis canoniciis, quas priuatim recitabunt. Et officia ordinibus non deputatis, sunt psallere in choro, psallere responsos, & letanias, baptizare sine solemnitate extra extremam necessitatem, audire Missam, acceptare electionem, excommunicare, & conferre beneficia. Verum est quod quando suspensus à diuinis exercet ista non deputata ordinibus non sit irregularis, licet peccet. Ita Nauua. in Manu.ca. 27.n. 103. & Coua. in ea. alia mater. 2.p. 6.2.nu. 2.

An verò iste, & similes poenæ incurvatur ipso facto per peccata extera omnino oculata, dixi supra exponendo decretum de largitione munerū. Quis autem possit absoluere ab ipsis censuris dicetur ca. 6.dub. 15.

Dubium 2. An liceat intrare monasteria monialium. Prima Conclusio. Non licet ista loca intrare per se loquendo. Primo quia in Conc. Trid. ses. 25.ca. 5. vetatur sub excommunicatione talis ingressus omnibus personis cuiusvis status, & etatis: nisi in casibus necessarijs, & cum expressa licentia Episcopi in

in scriptis, pro suis scilicet subditis, aut alterius superioris, pro sui scilicet subditis, pro quibus stetur consuetudini ubi sola licentia superioris istius sine licetia Episcopisat est, iuxta declarationem Cardinalium; de quo Fatinus super Conc. Trid. ses. 25. ca. 5. Secundo quia Greg. XIII. Bul. 40. & 41. reuocat licencias personarum cuiusvis status etiam duces, Comitisarum, & Marquionisarum, quarum praetextu dicta monasteria intrare conabantur. Et sub excommunicatione sibi referuata præcipit illis, ne istarum licentiarum praetextu monasteria morialium, vel earum loca intrare audeant: nisi in casibus necessarijs, & cum licentia superioris in scriptis: iuxta dictum Conc. Trid. Et Abbatissis, Abbatibus, conuentibus, ac alijs monasteriorum superioribus utriusque sexus, & personis quouis nomine vocentur, præcipit sub excommunicatione Pape referuata, necno priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne praetextu illarum licentiarum quemad dicta monasteria, vel loca ingredifaciant, aut permitant.

Secunda conclusio. Prælati regulares pos sunt per se, & per alios capere, incarcerare,
& se-

& secundum arbitrium suum, & delicti quantitatem punire quoscunque repererint intra clausuram monialium sibi subditarum. Ita concessit Bonifa. 9. Prædicatoribus, ut habeatur in eorum consti. d. 2. cap. 17. in glo.

Tertia conclusio. In aliquibus casibus licet intrare monasteria monialium. Primò, id licet Infantibus discretione parentibus; cum ad peccatum incitare non possint. Et quando Conc. Trid. excludit omnes cuiusvis etatis: loquitur de habentibus usum rationis, & de illis, qui ad peccatum mouere possunt: ut sunt fatui, qui licet intrando non peccant, peccant tamen moniales eos admittentes. Ita Naua. in ca. statuimus 19. q. 3. nu. 59. Secundo, licet intrare dicta monasteria, ut supra dixi de licentia inscriptis Episcopi, pro monialibus sibi subditis, aut de licentia alterius superioris pro sibi subditis, & in casibus necessarijs. Alias enim sine necessitate etiam cum dicta licentia intrantes, & moniales illos admittentes incurruunt excommunicacionem, & alias poenas, ut habetur in Bulla. 41. Greg. XIII. Et confirmatur hoc ex declaratione congreg. Card. in tempore Clem. VIII. relata à Manu. Rod. in compen. ubi dicitur, non posse malieres commorari in monaste-

E rijs

Dē voto castitatis.

rijs monialium etiam cum licentia Episco-
pi, ut moris erat in diœcesi salmantina, ob-
casus occurrentes litium, scilicet, matrimo-
nialium, adulteriorum, dissensionum inter
viros, & uxores, quibus in casibus mulieres
ibi sequestrari solent: cum non inuenian-
tur alia securiora loca. Alias si sic intrent, in-
currunt excommunicationem, & alias poe-
nas Conc. Trid. Et ibidem declaratur, non
licere in monasterijs intra ostium clausuræ,
& claustrum, habere cubiculum, quo ex con-
suetudine intrent mulieres ad colloquendum
cum monialibus, sed quod contrarius usus
abusus reputetur, & poenis Concilij punia-
tur. Verum est, quod Prosperus Farina. ex
practica in Curia seruata, refer super Conc.
Trid. ses. 2. ca. 5. posse ordinarium puel-
las in monasterijs collocare ad tempus do-
nec lites finiantur, & mulieres suspectas
de adulterio ob quod timent maritos: cum
conditionibus infra dictis circa ingressum
viduarum, &c. ad ibi commorandum.

Not. primo quod cum capitulu succedat
Episcopo in sede vacante, ut ait Silu. Ver.
capitulum, nu. 4. Provvisor à capitulo nomi-
natus erit superior ad dictam licentiam con-
cedendam respectu monialium Episcopo
Subdit.

Subditarum: sicut respectu monialium Religiosis subditarum mortui. Generali, vel Provinciali, Vicarij isti succedentes habent omnem eorum autoritatem etiam circa moniales, ut conceditur a Julio II. & habetur in constit. Prædicatorum, d. 2. cap. 5.

Secundò, Not. quod licet minor causa sufficiat pro ingressu mulierum, quam virorum in ista monasteria monialium, & adhuc minor pro ingressu matris, vel sororis: non tamen est causa sufficiens pro matre visitare filiam morti proximam, aut quando profitetur, aut habitum recipit. Ita declarauit congregatio Cardin. ut refert Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 94. art. 11. quia nec est in praxitalis ingressus, nec saluti corporali, aut spirituali filiae necessarius.

Not tertio, non esse necessariam licentiam in scriptis pro casibus communiter occurrentibus: ut pro ingressu medici, confessoris, visitatoris, artificis, & aliorum, quorum repentina opera paucim sunt necessaria. Potest enim superior hanc generalem licentiam in scriptis committere priorissis, vel confessoribus monialium, ut in similibus casibus ipsi dent licentiam. Vel potest dici non esse necessariam licentiam superioris expres-

De voto castitatis.

Cum in his, etiam verbo tenus, sed prorissa ex
præsumpta interpretativa voluntate supe-
rioris eam concedere potest. Iuxta D. Tho.
z. 2. q. 147. art. 4. ubi ait, non requiri superio-
ris dispensatio, quando causa non seruan-
di legem, est euidentis, aut superior faci-
le adiri non potest, maximè si consuetudo ita
habet.

Tertiō, licet Religiosis curam monialiū
gerentibus illarum monasteria intrare pro-
xerendo monasterij opere, pro conseruan-
dis monialibus ab incendio, ac similibus, &
pro defendendis a latronibus. Licet etiam
Præbytero cum siccio intrare pro ministrā-
di Sacramentis in infirmitate monialiū, aut
familiarum, ac pro cadavera sepeliendo. Ita
concessit minoribus Innocen. VIII. Bu. 12.
& licet intrare pro ministrando sacramenta,
etiam extra articulum mortis, infirmis diutur-
no morbo laborantibus non valentibus veni-
re ad cratē communem: ne tanta consola-
tione diū priuentur. Ita concessit pro monia-
bus sanctæ Claræ Vibian. IIII. & Adria. VI.
ut refert Manu. Rod. in qq. regul. to. 1. q. 47.
art. 6. ubi etiam refert Pau. 3. concessisse mi-
noribus, & monialibus S. Claræ posse intra-
re sex fratres sacris vestibus induiti adsepelie-
dum

dum moniales. Et Urbanum III. concessisse vicario monialium posse intrare pro commendatione animæ monialis in eius exaltatione. Non tamen possunt caduera extraneorum iatri monasteria monialium sepele ri. Ita Greg. XIII. de quo Farinac. super Cō cil. Trid. ses. 25. cap. 5. Quartō, licet superioribus monialium intrare earum monasteria in casib[us] tamen necessarijs, & commitati à paucis personis senibus, & Religiosi s, sicut prouissit andis cællis, an sit in eis aliquid contra Religiosam paupertatem, prò videndis rotis, cratibus, & ostijs internis an sint firmi pro imponendis penitentijs in fine visitationis. Ita Greg. XIII. Bu. 42. & ibidem Episco pi sine causa necessarii intrantes in monasteria suarum monialium interdicuntur pro primo ingressu ab ingressu Ecclesiæ, & pro secundo ingressu excommunicantur, & suspenduntur à munere Pontificali, & à diuinis. Et alij superiores regulares sine causa necel faria in monasteria monialium suarum intrantes excommunicantur, & officio, & omni ministerio sunt priuati. Vbi not. quod licet in Conc. Trid. ses. 25. cap. 5. statuat ut, quod qui præst electioni Priorissæ, aut Abbatissæ, Episcopus, aut aliis superior non intret mo-

monasterium, sed ante cancelorum fenestrelam vota singularum audiat, aut accipiat; tamen lex ista, & si nullam ponat, exceptionem, est limitanda sic; nisi Prælati prudenter iudicent, non posse fieri canonice dictam electionem, ipsis non intrantibus, ob inquietudinem monialium, & suspicionem subordinationis votorum inter ipsas subortæ, aut ob alii iustas causas a superioribus prudenter arbitrandas, & ibi possunt vota recipere. Ita Naua. loco cit. nu. 59. & Manu. Rod. art. 4. & 5. Et patet, quia cum ipsi possint cu alijs dispensare ex causa necessaria in isto ingressu, etiam secum idem poterunt, secundum Cate. 12. q. 96. 2. 5. & Cord. lib. 5. q. 31. Et ita disponitur in Bulla Greg. citata.

Quinto, non obstante Concilio Trid. si alias non obstat statutum alicuius Religionis, licet recipere in monasterijs monialium viudas, mulieres nobiles, & puellas usque ad vigesimum quintum annum, ut in moribus instruantur, cum habita seculari honesto, & sine ancillis, & cum licentia superioris monialium, & consensu Abbatissæ, & maioris partis monialium, & seruando legem communem clausuræ. Et si semel e monasterio egrediuntur, iterum illuc intrare sine noua licen-

tia non permittatur: nisi ad hoc, ut siant moniales. Licet tamen, cura dicitur validus, cau-
si, dñe licentias ad balnea dictis pueris, &
sic cum dicta licentia in monasterium redire
possint. Ita refert Prosp. Farin. loco cit. ex
practica in Curia servit. Vbi etiam refert
declarationem Cardi. factam Episcopo Abu
ensi de monasterio sancte Annæ eiusdem
ciuitatis: vbi habetur, non licere ancillis mo-
nialium in secularibus claustra monasterij in-
trare, & exire quiescere vellint.

Dab. III. An moniales possint, exire à
monasterio. Prima conclusio. Non licet mo-
niali professe, etiam conueisse, exire à mona-
sterio, etiam ad breue tempus, quousq[ue] præ-
textus nisi ex aliqua causa legitima per Epis-
copū approbanda. Ita in Conc. Trid. ses. 25.
ca. 5. & Pius V. Bnl. 6. Et loquitur Cōclusio
demonialibus. Episcopo subiectis: nā appro-
batio cause ad exiendū pro monialibus Reli-
gioſi subiectis, debet fieri per eārū genera-
lē, aut provinciale. Et licet Pius V. in motu,
qui incipit, decori, & honestati, edito Kalen.
Febru. anni. 1569. requirat pro egressu mo-
nialium non tantū licentiā suorū superiorum,
sed etiā Episcopi, & ita etiā declarauerit con-
gregatio Cardi. ut refert Minu. Rod. in qq.

De voto castitatis.

reg. to. i. q. 49. art. 6. tamen in Hispania hęc
l. x pro hac parte per contrarium usum est
abrog. t. & cum sola licentia suorum supe-
riorum ex eunt moniales. Et intelligitur no-
stra conclusio, ut statuit Pius V. Bul. 6. etiā
de sororibus tertij ordinis prædicatorum, &
minorum Collegialiter viuentium. Cum ista
rum vota, ita solemnia sint, & irritantia ma-
trimonium, sicut & aliarum monialium vota
ex cōcessione Sixti IIII. Bul. 25. & Leo. X.
Bul. 16. & Pauli III. Bul. 6. Et eodem rigore
tenentur ad castitatem seruandam, sicut &
moniales.

Secunda conclusio. Moniales exeuntes à
monasterio sine licentia, & superiores sine
causa rationabili ad id licentiam conceden-
tes, & qui illas sic egressas committantur, &
recipiunt, incurruunt excommunicationem
Pape reseruatam. Et ultra hoc, diēti superio-
res, & moniales ipso facto priuantur officijs,
dignitatis, & administrationibus, & ad ob-
tentia, & in posterum obtinenda inhabilitā-
tar. Ita statuit Pius V. in motu proprio cita-
to. Quis autem possit absoluere ab istis pœ-
nis, dicitur cap. 6. dub. 15. Eadem enim est
ratio de istis, ac de pœnis violentium clausu-
ram monasteriorum.

Dub.

Dub. IIII. Quæ causæ sufficiant, ut superior licet dispensem cum egressu monialium à monasterio. Prima conclusio. Causa legitima pro isto egressu erit prima, magni incendiū, leprā, aut epidemiam. Ita Pius V. in motu citato. dub. 3. Vbi not. 1. quod existente aliqua istarum necessitatum penteenda est licentia à superiore, si in brevi haberi possit. Cum sit in iure vetita talis egressio sine tali licentia, in ca. monachum 20. q. 4. & in Conc. Trid. loco cit. Si tamen sit periculum in mora, sat est licentia præsumpta. Et tunc transferrant se moniales ad locum competentem vbi, quantum commode fieri possit, clausæ morentur, quo usque de monasterio sit prouissum. Ita statuit Vrba. IIII. pro monialibus sanctæ Claræ, ut refert Manu. Rod. in qq. regu. to. 1. q. 49. art. 1. Et à Pio V. loco cit præcipitur, & declaratur, quod ad solū tempus necessarium stare licet monialibus extra monasterium, & non amplius.

Secundo not. quod stando in rigore vocabuli, epidemiam potest hic accipi pro morbo multos inuadente, & populariter grafante, etiā sine pernitie, & morte; non enim est restringēda dicta lex Pij V. ad solā epidemiam pestilentē, & mortiferā. Considerauit enim

De votis castitatis.

pater illi sanctissimus, quod si dicta epidemia etiam absque permitie, & morte ex una in alias moniales transfeat, & per monasterium gravetur, difficulteretur monachorum clausura, cum ad minus necesse sit, illuc introducere mulieres seculares ad monialium medicamē, & istas ad curationem extra septa monasterij frequenter exire.

Secunda causa legitima pro egressu monialis erit, ut si à suo superiorimittitur ad fundādā alibi monasterium, vel ut in alio cōuentu sit prælata, vel magistra novitiarum, vel ut ponatur in aliō officio in quo maximē constitutio honestas Religiois. Ex quo peracto officio ad suum monasterium reuerti potest. Itē ob correctionem potest duci monialis ad aliud monasterium, quando in suo monasterio ob cogitationes, ut aliter non potest corrigi, & ita est usus. Item possunt moniales exire, quando de mīdato sui Prælati, primo monachero ex causa rationabili relicto, totas cōuentus ad aliū monasterium se transfert. Imō si ista translatio sit à locis desertis ad oppidi, commendatur miximē à Concil. Trident. ses 25. cap. 5. Prædicti casus referuntur ab Urban. 4. loco cit. nec sunt renocati à Pio V. In suo proprio motu ponendo tantum incendium

dium, lepram, & æpidemiam. Nam præterquam quôd isti casus sunt similes casibus Pij V. cum omnes concernant bonum communis, & non bonum monialium in particula-
ri; tamen ex usu etiam comprobatur. Et hoc etiam est conforme Concil. Trident. loco cit. disponenti non licere moniali exire à mo-
nasterio, nisi ex rationabili causa ab Epis-
copo approbanda: sed iam iste causæ sunt
approbate ab Urban. IIII. totius orbis Epis-
copo, ergo. Vnde superiores dum concedunt
monialibus licentiam exeundi à monasterio
in istis casibus, solum debent declarare istos
met casus esse eorum, qui sunt approbati à
Papa.

An verô liceat monialibus exire à mo-
nasterio ob alias causas præter iam dictas. In
hoc Gutierrez in qq. cano. cap. ait illud es-
se licitum in causis similibus cum causis ex-
ceptis à Pio V. V.g. in casu hostium inua-
dentium monasterium, in casu aquæductus,
aut ruinæ domus, & aliorum similiam incen-
dio, & in alijs infirmitatibus contagiosis, &
nocuiis communitati monialium: sicut sunt
lepra, & æpidemia. Et hoc tanquam certum
ab omnibus acceptatur iuxta dicta à nobis su-
pra explicando motu propriu de largitione

De voto castitatis.

munerum in principio , de quo etiam vide Silu. verb. alienatio. num. 11. No tamè crit licitus iste egræsus, ait iste Doctor , in infirmitatibus soli moniali nocivis. Quia cum Pa pæ in suis tribus exceptionibus incendijs scili cèt, lepræ, & æpedimizæ semper consuluerit, & prouiderit bono communitatis, & nō monialis in particulari : bene colligitur tantum voluisse, commoditatem communitatis esse preferendam clausure, & cum clausuræ detrimento esse conseruandam. Secus tamen est de com noditate, & necessitate monialis in particulari, his non obstantibus.

Secunda conclusio sit. Satis pia, & proba bilis est sententia Nauarri in cap. statuimus, nu. 4 extendens dictum decretum Pij V. ad infirmitatem soli moniali nocuam, cui exequo à monasterio remedium adhibetur ; si alias periculum vi. & aut grauis, & diuturnæ infirmitatis probabilitet timetur. Et hoc maximè habet verum in monialibus non ex voto, sed ex statuto Ecclesiastico ad clausuram obligatis. Lex enim humana non obligat cum tanto rigore, & morali. Periculo mortis, aut grauis, & diuturnæ infirmitatis. Imò nec votum perpetue clausuræ ab aliquibus monialibus emissum , sit ab eisdem cum isto rigore mo gicandi

riendi potius, quia excundi à monasterio.
Nec in earū regula hoc postulatur, sicut pos-
tulatur in regula carthusiensium potius esse
moriendum, quam carnes gustandum. Et cō
firmatur ex doctrina Baldi in rubr. C. de cons
ti. parti. & aliorum iuristarum communiter
asserentium, statuta regularium non esse ita
rigurose interpretanda, ut apices juris serue
tur, sed debet ampliari ex bono, & equo,
hoc est, secundum æquitatem naturalem. Li
cet non adlibitum, sed prudenter secundum
terminos iuris naturalis, & gentium. Et hoc
maximè debet verificari in nostro casu, vbi
agitur de periculo vitæ, aut grauis, & diutur
æ infirmitatis.

C A P. VI.

Devoto obedientia!

Not. I. Quod per votum obedientiæ
obligatur Religiosus obedire
Prælato secundum statuta sua Re
ligionis, & non maiori rigore, quo
ibi obligatur. Si enim inter sua statuta aliqua
non obligat sub peccato, non tenetur ex vi iſ
giiſ voti illa sub peccato seruare. Ex quo pa
ges

De voto obedientiae.

tet non teneri Religiosum obedire Prælato
præcipienti aliquid contra Dei mandata, aut
Ecclesiæ ordinationes, aut si aliquid præci-
piat contra regulam, aut statuta sue Religio-
nis, ut quod sanus comedat caines. Item non
tinetur obedire, si præcipit aliquid supra Re-
gulam, vel sua statuta: ut quod ieiunet in pa-
ne, & aqua; nisi alias hoc sibi imponatur, in
poenam suorum defectuum. Item non tene-
tur obedire quando præcipit ea, ad quæ non
se extendit prælature authoritas, ut quod si-
bi reuelet suum peccatum occultum, aut
quod confiteatur peccatum iam confessum.
Ita habetur in consili. fratribus Prædicatorū
d. i. cap. 15.

Secundo not. quod Religiosus per votum
obedientiæ subiicit se plenariè suo superiori
ut patri ut iudici, & ut Prælato: ut in sequen-
tibus videbimus.

Artic. I. De potestate paterna Prælati regularium.

DV. I. Quanta sit ista paterna potes-
tas. Prima conclusio. Potestas ista exten-
dit se ad corrigenda, & punienda deli- ct. 3

Ca subditorum etiam leuia, nulla præmissa
de illis accusatiene, ut denuntiatione, nec
ſ. Ca super istis aliqua informatione; co mo
do, quo p.ter familias respectu suorum filie
rum ad ista putienda procedit, & possunt
etiam per alios sibi subditos vtherare illos.
Ita concessit minoribus Alex. 6. & Leo. 10.
inter viua ora.n.9.

Secunda conclusio. Prælati Religiosorū,
ſicut prior, & alij similes, & superiores Praela
ti possunt per potestatem dominatiuam irri
tare omnia suorum subditerum vota, & iura
menta: exceptis tribus votis de nonibus pau
pertatis, ſcili, & castitatis, & obedientie. Et
excepto voto trancandi ad arctiorem Reli
gionem, ex diſpositione iuris in cap. licet, de
regu. vt eſt communis ſententia: de quo la
tius in materia de voto. Possunt tamen hog
votū dispensare, vt dicetur dub. 2.

Artic. II. De potestate prælati regula rium in quantum iudex.

DV B. II. An Religiosi ſint exempti à
potestate iudicium ſecularium. Prima
conclusio. Omnes Religiosi, & Ecclesiastici

De voto obedientiae.

stici ex iure humano canonico, & ciuili sunt
exempti à potestate, & iurisdictione secula-
ri: tam in causis ciuilibus, quam in criminali-
bus. Patet ex Conc. Trid. ses. 25. ca. 20. & in
authen. statuimus, de Episcopis, & Cler. &
ex iure Hispano. lib. 5. tit. 6. par. 1. & lib. 1.
ord. reg. tit. 3. le. 6. Et in Bulla Cœnæ excom-
municatur iudices seculares se intronissen-
tes ad cognoscendas causas Ecclesiasticorū,
vel vocates ad sua tribunalia Ecclesiasticos.
Et si aliquando religiosi, aut laici ad consiliū
regale recurrent, quando vident se grauari
aliquibus literis Apostolicis aliquid sub gra-
uibus pœnis præcipientibus, & tunc regale
consilium detineat literas: præcipiendo ne
executioni mandetur, non ideo fit quia con-
silium regale de hoc vellit indicare, nec etiā
præcipit quod litteris Apostolicis non obe-
diamus: sed quod non mandentur executio-
ni, quo usque Papa certificetur de inconve-
nientibus talium litterarum executioni ob-
statibus, & videat, quid factio opus sit. Et ista
litterarum detentio licetē fit, siue ex privile-
gio, ut fertur à Vales. 2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2.
conc. 5. siue ex causa rationabili, quia ita ex-
pedit paci, & bono regimini, vt ait Baldus in
cadi. 2. p. de Bulla Cœnæ, n. 22. Cob. in prac.

q. 35. nū. 4. & alij quos refert Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 6. art. 8. Et eadem authorit. te auditores cancellariarum, & consilij reg. lis sēpē præcipiunt iudicibus Ecclesiasticis, vt absoluant a censuris iudicess. cul. res, aut alijs ad eos configuentes por via de agrauio, ofuerçandum examinatur, an iud. x Ecclesiasticus legitime procedat.

Secunda conclusio. Et si Religiosi, sicut & Clerici teneantur seruare leges ciuiles in bonum reip. ordinatas, cuiusmodi sunt leges taxantes prætia rerum, vetantes aliquod genus vestium, arma aliqua, venationem in certis temporibus; tamen istrum legum transgressionem punire, sp. et t. d superiores delinquentium, & non ad iudices seculares.

Tertia conclusio. Religiosi, etiā conuerti, & nouitij, sicut & clerici non possunt cogi ad iurandum, vel testificandum in extranēis secularium tribunalibꝫ. Imo nec in tribunibꝫ aliorum ordinariorum Eccl. siasticorū extra ordinem. Licet eorum testimonia etiā pro ipserū Religiosorū causis, in omni tribunali Ecclesiastico, & seculari sint legitima, & admittenda, prout concessit Celestini Eug. III. Bul. 7. & Benedictinis, Bul. 9. & 17.

De voto obedientiae:

Dub. III. An superiores Religiosorum
sint eorum iudices. Prima conclusio. Su-
periores Religiosorum sunt eorum iudices ad
punienda eorum delicta iuxta sua statuta.
Et Bonifa. VIII. & IX. concesserunt Prae-
tis ordinis Praedicatorum, ad quos spectat Re-
ligiosorum punitio, posse eos liberé punire
secundum constitutiones aprobatas, & insti-
tuta ordinis generalia facta, & siéda, relictis
rimulis, & apicibus iuris, etiam iuris ordine
postposito. Ita habetur in constitu. istius ordi-
nis d. 2. ca. 17. Vbi nomine rimulorum, & a pi-
cum iuris non venit intelligenda accusatio, &
citatio. Hæc enim in causis grauibus necessa-
rio debet præcedere. Alias sententia lata sine
his, etiam inter Religiosos, erit nulla. Ita Na-
ua. lib. 2. consi. 1. tit. de sententia, & re iud. &
Manu. Rod. in sum. tra&t. de ordi. iudi. ca. 12.
nu. 7. non tamen est necesse, quod ista ac-
cusatio fiat per Religiosum offendit, aut
etiam per alium Religiosum. Sicut enim
iudex secularis, saltim in criminalibus, e-
tiam non accusante iniurato per se, vel per
aliterum, tenetur ex officio procedere, dum
ad fit aliquod suplens vicem accusatoris, ut po-
te clamorosa insinuatio, publica infamia per
maiorem partem vicinię, vel communica-
tis

tis sparsa, vel evidentia patrati sceleris coram iudice existente cum alijs, ut ait Caius. 22. q. 67. art. 3. ad secundum D. Tho. ex ca. evidētia de accusa. à fortiori ad id tenetur superior regularium in eisdem casibus. Alijs Religiosorū cōmunitas, & Religio, quę semper petit s. t. satisfactionem maximē lādere tur. Et cum Religiosi non ita facilē conquerantur apud superiorem de iniurijs sibi illatis, sed ferant patienter; obseruantia regularis paucatim corruebat delictis impunē manentibus. Item inter rimulos, & apices iuris non comprehenditur, quod dicta testium declarētū sub præcepto, iuramento, vel excōmunicatione: & quod non scribantur à iudice, sed à secretario, vel notario, vel saltim ab ipsis testibus hæc enim omnia cum alijs de iure substantialibus necessariò debent interuenire etiam in causis regulariū: ut notat Manu. Rod. in qq. regu. to. 1. q. 15. art. 1. & 2. Secus sit de alijs non substantialibus, quę nomine apicum, & rimulorum intelliguntur.

Secunda conclusio. Religiosus sine licentia ab ordine recedens potest per suum superiorem compelli censuris ad hoc ut revertatur. Et istū detinet post denuntiationem priuilegiorum, quę regulares habent

De voto obedientiae.

circa hoc sunt excommunicati. Ita concessit
Praedicatoribus Sixtus 4. Bu. 33. & Iulius 2.
Bu. 26. Et ordinarij locorum à Religiosis re-
quisiti tenentur de huiusmodi tanquam excom-
municatos eos, qui dictum Religiosum deti-
nent, auxilium, aut favorem apostatandi ei-
presentant. Ita concessit minoribus. Clemens
4. Bu. 15.

Tertia conclusio. Religiosus fugitus,
vel qui transiit ad alia monasteria, aut se uili-
tia, etiam alicuius Cardinalis sine licetia sui
superioris, potest per ipsum, etiam cum auxi-
lio brachij secularis, si opus sit, capi, incarce-
rari, & censuris compeli. Ita concessit Bene-
dictinis Eng. 4. Bu. 8.

Quarta conclusio. Ordinarij à Religiosis
requisiti examinare debent licentias Reli-
giosorum ab ordine exeuntium, & si non in-
ueniantur vere, reuocetur, aut saltim non per
mitant eos morari, ubi sunt monasteria suo-
rum ordinum. Ita concessit minoribus Iulius
2. Bu. 12.

Dub. 4. An licet Religiosis appellare à
correctione suorum superiorum.

Prima conclusio. Non valet appellatio
Religiosorum ad iudicium extra ordinem. Pri-
mo, quia Iulius 2. prohibet appellationes fra-
trum

trum, & monialium ad curias Ecclesiasticas, aut seculares. Et præcipit sub excommunicacione iudicibus quarumlibet curiarum, ne istas appellations vlo modo recipient, vel cognoscant: & aliter facte ab eo irritatur. Nō obstantibus ordinationibus Apostolicis, vel dicti ordinis, scilicet, Prædicatorum statutis in contrarium. Ita habetur in consti. ordinis Prædicatorum. d. 2. cap. 8. Secundo ex Boni fa. 8. loco eit. habetur, quod nullus frater, vel soror ordinis predicti coram iudice extraneo ex quauis causa conuenire, nec a correctione quauis, seu alias ab aliquo Prælato, aut fratre dicti ordinis quauis occasione appellare, aut contra eos querelam proponere audeat: nisi prius coram Priore, seu Provinciali, seu Magistro ordinis causam, & querelam suam proposuerit verbo, aut scripto. Tertio Greg. 13. Bu. 2. prohibet fratribus minoribus sub excommunicatione, appellations ad secularia tribunalia.

Maior difficultas est, an liceat appellare ad Papam, aut ad Prælatos superiores eiusdem ordinis. Et videtur, quod non. Primò quia est vetita Religiosis talis appellatio in cap. ad nostram, & cap. reprehensibilis, de appellacionibus. Secundò quia Bonifa. 8. Bu. 1.

De voto obedientiae.

pro minoribus, & Bu. 10. pro cisterciensibus,
& Eug. 4. Bu. 9. pro Benedictinis dicunt, non
licet Religiosis appellare a correctionibus
suorum superiorum etiam ad Papam, & irri-
tant appellat. ionem si fit.

Tertio in constitutionibus ordinis Predi-
catorum. d. 2. cap. 8. habetur sic, declaramus
quod licet appellatio sit de iure naturali v-
nusquisque potest iuri suo renuntiare, & eo
ipso, quo quis obedientiam profitetur secun-
dum nostras constitutiones, secundum quas
non licet appellare, ex hoc renuntiat iuri si-
bi in natura competenti de appellatione, sicut
& iuri possidendi aliquid ut proprium. Vn-
de in cap. apud carcasonam celebrato anno
1312. sic dicitur. Volumus, & ordina-
mus, quod quicunque frater repertus fue-
rit, iudicio eius ad quem spectat, sine causa
rationabili a suo superiori appellasse, incar-
ceretur. Denuntiates fratibus vniuersi, quod
de iure communi, & ex privilegio ordinis
speciali nulli licet a correctione, vel officio-
rum remotions appellare. Et iterum, ne de-
lictu maneat impunita, & obedientia per ap-
pellationes fruolas infringatur, qui contra
obedientiam appellare presumit: nisi infra duos
meses renuntiet, vel infra annum prosequi non

incipiat, vel incepta prosecutione nō defit-
tat, vel in ipsa sicubat, sit ipsi facto career*i*
adictu*s*. Et iterū, qui appellat ab absolutione
facta, aut facienda Prouinti-latus, Vicari-tus,
Prioratus, etiam prætextu grauaminis, sit ip-
so facto, ab illo officio absolutus.

Pro parte affirmatiu*a* sunt etiā aliqua ar-
gumēta. Primō ex titulo ea. ad nostrā cit. tūn
oppositū, vbi sic habetur, à correctione le-
gitima nō appellatur: nisi modus exceedatur.
Et hoc etiā ita videtur iuxta ea. super quēstio-
nū, & ea. de Priore, de appellatione, & gl. in
ea. ad nostrā. Secūdo quia in cap. generalice
lebrato in conuētu sancti Pauli Valeoletani
anno 1605. sub magistro fratre Hieronymo
Xauiere, præcipitur, quod in appellationibus
scructur constitutionis modus, ut potē, quod
appellatio fiat gradatim, ut disponitur in
cap. Romæ anni. 1569. & in cap. Romæ anni
1589, ex decreto cōgrega. Card. idē precipi-
tur fratribus, & monialibus sub excōmuni-
catione, & priuatione officiorum, & utrius-
quē vocis. Et in cap. Bononiæ, anni. 1615.
sic dicitur. In appellationibus fratrum, statu-
ta Sixti V. quæ extant in actis capitulorum
generalium, seruentur, ergo iam admituntur
appellationes.

De votis obedientiae.

Tertio Greg. 13. Bu. 2. concessit minoribus, p. ss. appellare ad Generalem, ad Protectorem, vel ad Papam. Item à congregatiōne Cardinalium praeceptum est, anno 1587. ut appellatio gradatim hoc ordine prosequatur: à Guardiano, ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad sacram Cardinalium congregationem. Et ista appellatio permititur in constitutione Sixti V. de quo Manu. Rod. in qq. reg. to. 2 q. 29. ar. 2.

Propter ista argumenta Naua. lib. 2. cōs. 4. de appella. Ludou. Lopez in sum. 1. p. cap. 284. Aragon. 22. q. 69. 21. 3. Silu. verb. app. I latio. num. 9. Arm. ver. appellatio. nuna. 15. & Manu. Rod. loco cit. dicunt probabiliter, quod quamvis non liceat Religiosis appellare à correctione suorum superiorum iustē facta secundum sua statuta, aut ad effugendum Ecclesiasticam disciplinam, & hoc intē dant testimonia in primo loco adducta, maximē priuilegia Bonifacij, & Eugenij: licet tamen Religiosis in causis grauiissimis à mandatis, aut à correctionibus excessiuis recurrere per viam appellationis, aut simplicis querelę, aut defensionis ad superiorem; non tan tum intra ordinem, sed etiam ad Papam, ad
pro-

protectorem, ad sacram Cardinalium cōgregationem, ad legatos Papæ habentes iurisdictionem, & potestatem regulares.

Et ad argumenta in contrarium adducta, ex cap. ad nostram dicunt, non loqui de correctione excessiva, ut ait Silv. & constat extit. dicti cap. sed de correctione iustè facta, vel de correctione leui, & hoc ipsum intendant priuilegia Bonifacij, & Eugenij. Testimonia verò ex cōstitutionibus ordinis Prædicatorum alata intendunt remouere appellations factas sine causa rationabili, & appellations fruolas, quibus obedientia infringitur: ut patet ex contextu, & appellations circa res leues, in quibus parum iniuria Religioso irrogatur. In his enim Religiosus patienter ferat, & humiliter pareat, vt si in ordine nostro Prædicatorum damnetur quis, etiam iniuste ad pœnas grauius culpe, scilicet, ad tria ieunia in pane, & aqua, & totidem disciplinas: quæ solent infligi pro negligentijs, quæ non sunt peccata etiam venialia. Appellationi enim ab istis, & similibus, videtur Religiosum renuntiasse. Secus esset si in dicto ordine damnaretur quis iniuste ad pœnas grauioris culpx: cum ex hoc magnam incurrat infamiam, quam sine culpa pati non

debet, sed habet ius à natura defendendi se medijs licitis, qualis tunc est appellatio pro terna fama ad virtutem conseruandā maxi mē necessarium: secundum illud Eccl. 41. curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quam mile thesauri preciosi, & magni. Imo quando sic esset fama necessaria pro virtute conseruanda, ut regulariter contingit, & insinuatur, Eccl. loco cit. non posset homo cedere iuri appellandi, quādo hoc medio sibi recuperat famam iniuste ablatam, sicut licet homo sit dominus diuiniarum, sit tamen illis opus habet pro alenda da familia, non potest illas prohibito prodigere. Sic etiam à fortiori non posset fame renuntiare, quando est necessaria ad virtutem conseruandam, his tamen non obstantibus.

Secunda conclusio fit. Non licet Religiosis maxime Dominicanis appellare. Patet hoc argumentis in primo loco factis. Secundō, quia appellatio suspendit sententiaz executionem, ut patet ex lib. 6. tit. 23. p. 3. & alibi sāpē: sed non suspenditur executio sententiæ in Religionibus ergo, &c. Religiosus enim potest omni appellationi renuntiare, maximē quando aliter potest recuperare famam,

pro bono Religionis altiori. Sicut & Carthusianus pro eodem bono licet renuntiat commestioni carnium, etiam quando hic, & nunc esset necessaria pro vita conseruatione.

Tertia conclusio. Licet Religiosi, si quando sentiunt se iniuste in causis grauissimis grauari recurrere ad superiores per viam simplicis querelæ, aut defensionis. Sic enim recuperant ubi famam, dum superiore statim querelam admitendo, maturo consilio, agendo potius patrum, quam iudicium officiū, & misericordia cum iustitia coiagentes, pœnarum temperant rigorem, aut innocentiam accusati declarant.

Artic. III. De potestate superioris regularium in quantum prælatus.

DV. V. An Religiosi sint excepti ab obedientia, & iurisdictione Episcoporum. Prima conclusio. Religiosi erant olim subiecti Episcopo Diœcesis, vbi morabantur. Ita patet ex cap. qui vere 16. q. 1. & ex Cœ. Toleta. 4. c. 50. & ex Cœ. Calce. c. 4. & ex D. Tho. 2. 2. q. 186. a. 5. ad 5. Et tunc Episcopas sicut modo generales ordinū admitebant

De voto obedientiae.

Religiosos ad professionem ut habetur in
ca. viduitatis. 27.q. 1.

Secunda conclusio. Religiosi iam nunc
ex priuilegio sunt exempti à iurisdictione
Episcoporum, & aliorum ordinariorum, &
Sedi Apostolice inmediatè subiecti. Bonifa.
8. & Marti. V. exemit ordinem Prædicato-
rum, ac eorum moniales ab ordinarijs. Vt ha-
betur in monū. ordi. concess. 681. & Manuel
Rod. in qq. reg. to. 2. q. 63. Et idem Manuel
in bullario authenticato multa refert pri-
uilegia circa hoc. Primò refert priuilegium
Benedict. 12. Bu. 1. concedentis, nullum præ-
ter Papam, vel Cardinalem legatum posse
censuris ligare monachos Benedictinos: imo
nec Clericos Ecclesiarum suorum monasterie-
rum. Secundò Euge. 4. Bu. 7. exemit celesti-
nos cum suis bonis ab omnibus legatis, & E-
piscopis, & à habentibus iurisdictionem ordi-
nariam. Et contra hoc facientes excommuni-
cantur, si moniti nō dessistant intra tres dies.
Tertiò Sixtus 4. Bu. 33. & Iuli. 2. Bu. 25. con-
cesserunt ordini Prædicatorum, ne ratione
delicti, aut alterius rei possint conueniri co-
ram ordinarijs. Imo & idem Sixtus 4. concess
sit minoribus Bu. 14. & Prædicatoribus Bu.
33. quod Ecclesiarum Parochiales apud istos

Religiosos constructæ, & capellæni seculares per istos Religiosos deputati, sint liberi ab omni ordinariorum superioritate. Sed postea Leo. 10. Bu. 45. edita in Concil. late, statuit posse Episcopos visitare Ecclesiæ Parochiales monasterijs unitas. Et idem statuit Conc. Trid. ses. 25. cap. 11. excipiendo tamè monasteria, vbi capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, & monasteria vbi Prælati regulares exercent iurisdictionem Episcopalem, & temporalē in Parrochos & Parrochianos; & excipiendo etiam monasteriorum Cluniacense cum suis limitibus. Alias Bullas ad hoc refert Manu. Rod. loco cit.

Tertia conclusio. Religiosi in Conc. Trid. & alibi in aliquibus subduntur Episcopistanum quām delegatis Sedis Apostolicæ, ut ex dictis constabit.

Dub. 1. An Religiosi habeant intra ordinem suos Prælatos. Prima conclusio affirmativa. V.g. in nostro Prædicatorum ordine, præter Papam qui est omnium fidelium pætor, proprij Prælati sunt Magister ordinis pro toto ordine, Prior Provincialis pro sua prouincia, et Prior conuentualis pro suo conuentu, et quolibet istorum mortuo, vel amico, Vicarius eis succeedens. Quia Iulius 2. confessit

De voto obedientia.

cessit istis Vicarijs omnem potestatem, tam
Apostolica authoritate, quam quomodolibet
concilium, aut concedendam illis quorum
sunt Vicarij, exceptis illis tantum, quæ in suis
constitutionibus eis inhibentur. Ita habetur
in constitut. prædicatorum, d. 2. ca. 3. Et no-
tetur ista concessio pro multis casibus. Ex
quo colligitur, quod Vicarius Magistri or-
dinis, & Vicarius provincialis habent ean-
dem potestatem in moniales, quam habe-
bant dum viuerent Magister, & provin-
cialis, & possunt etiam, sicut illi, creare Vicarios
p. o monialibus.

Secunda conclusio. Licet superior ex offi-
cio suo nec habeat curam animarum, nec sit
prælatus, ut dicitur in prologo constitutio-
num fratrum prædicatorum: tamen mor-
tuo, vel amoto priore, vices eius in omnibus
plenariè obtinet, quo usque prior electus, &
confirmatus in domo præsens sit: nisi prouin-
cialis aliter ordinauerit. Ita colligitur ex di-
cto priuilegio Iulij II. Cum superior sit Vicar-
ius prioris. Et ita habetur in constit. præd ca-
terum, d. 2. ca. 2. ubi glossa conformiter ad li-
mitationem in dicto priuilegio contentam,
scilicet, exceptis illis, quæ in suis cōstitutioni-
bus eis inhibētur, declarat esse intelligendū
de his

De his quæ iure ordinario cōpetunt priori: ut
sunt creare Vicarium, eligere sibi, & subdi-
tis confessorem, recipere Religiosos ad ha-
bitum, & professionem in his enim succedit
supprior priori. Non tamen succedit supprior
priori in illis, quæ competunt priori ex com-
missione: sicut sunt præsentare Religiosos
Episcopis pro ordinibus recipiendis, aut pro
confessionibus seculariū audiendis, &c. & cu-
ra monialium, imo congreg. Card. ita cœsuit ab
Iente priore à conuentu confessor monialium
gerat curam monasterij, ita in summa const.
monialium prædi. ca. 19. Verum est tamen
Benedictum XII. ante Iulium. II. concessisse
Vicario conuentus de Guadalupe in sede
vacante omnia, & singula in spiritualibus, &
temporalibus, quæ prior quomodolibet facere
poterat, ut ipse etiam facere valeat: nullimi-
tatio sicut limitauit Iulius II. ut vidimus. Ita
habetur in cōpen. D. Hier. ver. Vicarius, §. 1.
& sic iuxta hoc priuilegiū dictorū Religio-
rum Vicarij, illos præsentant Episcopis pro
ordinibus recipiendis. Quo etiam priuilegio
cōmunicant aliæ Religiones, iuxta dicēda a
nobis lib. 2. ca. 4. nisi consuetudo per centū
annos præscripta iuxta dicēda a nobis, lib. 2.
cap. 3. dub. 2. obstat in contrarium, vel alia
lex,

sex, quia hoc priuilegium Benedict. 12. de 164
getur.

Dub. 7. Quanta sit Prælatorum regulam
potes^tas, & ad quæ se ext^{endit}. Prima
conclusio. Prælati isti habent i^m sibi subditos
tantam potestatem, quantā Episcopi in suas
dues. Sunt enim vero Prælati habentes ple-
nissimam potestatem in utroque f^{or}o Eccle-
siastico ad ligandum, etiam censuris, & sol-
uendum. Secundo, quia Eugen. 4. Eu. 9. con-
cedit Abbatibus, Rectoribus, & Prioribus Be-
nedictinorum unā cum eorum conuciis tibus,
in omnibus casibus autoritatem ordinarij
de iure necessariam. Ex quo colligitur, quod
ea quæ in iure communī de novo concedun-
tur Episcopis, consequenter censuntur con-
cessa dictis Prælati sibi subditis nisi op-
positum exprimatur. Ita Panormiū cap. at-
fi clerici. §. de adult. num 18. de iudicijs, se-
quendo Benedictum, & Fredericum. Alias
subditis istorum prælatorum non esset, ita ac
secularris prouissum. Cum alias ne cogatur
egredi extra septa monasterij debeat esse
melioris conditionis.

Secunda conclusio. Religiosi quantumvis
exempti, & licentiati ad seruendum alicui
beneficio sunt subiecti superioribus suorum
ordi-

ordinum. Nisi alias per Sedem Apostolicam habeant Ecclesias Parrochiales, aut earum perpetuas vicarias illis actualiter serviendo. Ita concessit ordini Prædicatorum Leo X. Bu. 32. Imo & Religiosi assumti in Capella neos Papæ manent subiecti suis prælatis. Ita concessit Greg. XI. Bu. 1.

Tertia conclusio. Religiosus non potest assumi in socium prælatorum, aut aliorum, nisi assignatus à suo Generali, vel Prouintiali: qui aduc eisdem subdatur, & per eosdem, aut per suos Vicarios corrigatur, & amouetur, & aliis substituatur. Ita concessit minoribus. Innocē. 4. Bu. 5. Iul. 2. Bu. 25. & Alexād. 4. Bu. 1. Et idem potest prouincialis circa Inquisidores, & Prædicatores Cruciatæ, eos amouēdo, & alios substituendo. Ita Greg. 9. ut habetur in fine, 4. centurię ordinis Prædicatorū, & idem Iul. 2. & Sixtus 4. Bu. 33. pro prædicatoribus. Item per Leo. X. Bu. 4. nullus legatus, nisi delatere, potest ullum Religiosum ad secum commorandum, vel pro suis negotijs, assumere.

Quarta conclusio. Literæ, vel exemptiones Religiosis à Papa concessæ nullo modō eis sufragantur sine expresso consensu Vicarij generalis. Ita cōcessit minoribus. Leo. X.

De voto obedientie.

Bu. 4. Quod etiam antea concesserat prædicatoribus Innocen. 8. **Bu. 3.** Et potest generalis reuocare gratias etiam a Papa concedendas sine licentia superiorum regularium, cum limitatione de qua dicemus lib. 2. cap. 6. dub. 2.

Quinta conclusio Religiosus sine sui ordinis licentia non potest in Episcopum assumi. Ita concessit minoribus Alexand. IIII. **Bu. 5.** Et in constit. ordinis prædicatorum, d. 2. ca. 13. in glo. habetur tres Papas concessisse isti ordini, ne quis Religiosus sine licentia Magistri ordinis, vel prouincialis speciali, vel mandato Sedis Apostolicæ, electioni, vel postulationi ad quamvis dignitatem extra ordinem de se facte audeat consentire, a littera factum sit irritum. Et ibidem statuitur in textu, quod Prouincialis acceptans Episcopatum sine licentia Magistri ordinis, & qui uis aliis sine licentia Prouincialis, manet priuatus suffragij, Societate, ac omnibus beneficiis ordinis in vita, & in morte: nisi per talem cogatur acceptare, quod sit peccatum mort. non obedire.

Sexta conclusio Episcopus Religiosus est iam ab obedientia sui ordinis exemptus, & quando iam est consecratus, licet Episcopatum defec-

deferat, non potest in suo ordine officium tenere. Ita concessit, & statuit pro Episcopis cuiusuis Religionis Paul. III. Bu. 4.

Dub. VIII. An iurisdictio Prælatorum regularium sit ordinaria, & consequenter delegabilis.

Prima conclusio. Non tantum iurisdictio competens Prælatis regularium ex iure communis, vel particulari suarum legum est ordinaria, ac subinde de legibili: sed etiam iurisdictio illis concessa ex priuilegio Principis perpetuo. Ita Naua. in manu. ca. 27. nu. 42. Bart. Bald. & Panor, citati à Manu. Rod. in qq. regu. to. 1. q. 17. art. 11. An vero deligatio talis potestatis spiret morte delegantis, dicitur lib. 2. ca. 3. dub. 1.

Secunda conclusio. Si aliqui etiam prælato committitur certum, vel nudum ministerium sine iurisdictione, ut prædicare, &c. non potest illud subdelegari: nisi alias sit delegatus Papæ, vel nisi illud ministerium sit leue, & parui momenti. Ita Silu. cum Panor. & Innocen. ver. delegatus, nu. 10. Sicut nec etiam potest subdelegare ille, cui aliquid committitur, quando per verba rescripti, seu confirmationis sibi factæ depreheditur electa fides, & industria istius, sicut quando dicitur in rescri-

De voto obedientiae.

Pro confidimus de tua industria, vel si dicis
tur personaliter exequaris, vel quando ne-
gotium non est per alium bene expedibile.
Hoc autem, ait Siluest. non currit in delega-
to Papę, qui adhuc in ipsis casibus subdelega-
re potest.

Tertia conclusio. Etiam in nostro Prædi-
catorum ordine, & idem est in alijs ordini-
bus, Prouincialis in sua prouintia habet ean-
dem authoritatem, quam Magister ordinis
in toto ordine, ut habetur in nostris constitu-
d. 2. cap. 3. tamen authoritas quam de iure
communi, vel particulari habent Prælati re-
gulares, potest limitari non tantum à Papa,
sed etiam authētās prælatorum inferiorum
potest limitari per superiores iuxta sua sta-
tuta. Quia licet utrisque prælati sit conces-
sa talis potestas iure communi, vel etiam di-
uino, secundum aliquos Doctores citatos à
Manu. Rod. art. 1. & 6. tamen concessa est or-
dine hierarchico, ita ut minores pendeant à
maioribus, ut ait Manu. Rod. art. 7.

Dub. 9. An prælati regularium possint
reservare casus. Prima conclusio affirmati-
ua. Declarauit enim Alexand. 6. Bu. 4. posse
Generales, Prouinciales, ac Guardianos re-
scrupare casus. Et quod ab illis sine istorum li-
centia

centia absoluentes nil faciunt, sed incurunt
in excommunicationem latam in cap. Reli-
giosis, de priui. contra absoluentes à reserua-
tis. Et in nostro prædicatorum ordine Vicar-
ij in capite, ac supprioribus in Sede vacante
reseruant casus. Cum succedant Priori in cō-
petentibus ei ex officio secundum dicta du-
bi. 6.

Secunda conclusio. Olim dicti prælati
poterant quos vellent reseruare casus: sed iā
ex decreto Clemens. 8. edicto 16. die Maij an-
ni. 1593. solus casus infra scriptos reseruare
possunt. Primò beneficia, sortilegia, incanta-
tiones. Secundò apostasia etiam retento ha-
bitu, quando eo peruenit, ut extra septa mo-
nasterij fiat egressio. Tertiò nocturna, ac
fortius egressio à conuentu, licet non fiat ani-
mo apostatandi. Quarto proprietas contra
votum paupertatis, quæ sit peccatum morta-
le. Quinto, lapsus carnis voluntarius opere
consumitus. Sexto occissio, vulneratio, seu
gravis percusio alicuius gravis personæ. Sep-
tim, malitiosum impedimentum, retardati-
o, vel apertio literarum à superioribus ad
inferiores, aut ecōtra. Octauo, iuramentum
false in iudicio regulari, seu legitimo. No-
nō, auxilium, consilium, aut procuratio ad

De voto obedientia:

aborsum post animatum factum, etiam esse
etū non fecuto. Decimo falsificatio manus,
aut sigili officialis conuētus. Undecimo fur-
tu n de rebus monasterij in quantitate , quæ
sit peccatum mort. Et declaratum est ab eo-
dem Papa, esse intelligendum etiam de re-
bus applicatis ad usum alicuius Religiosi. Et
addit Papa, quod si quod aliud pro Religio-
nis conseruatione oporteat reseruare, id fiat
de consilio capitulo provinciali pro tota pro-
vincia, matura decussione, & consensu; & nō
aliter.

Item præcipit Papa superioribus regu-
larium, ne confessiones subditorum audiant;
nisi quando habent easum reseruatum, aut
ipsi subditi id sponte petunt, & quod supe-
riores in singulis domibus deputent duos,
tres, aut quatuor pro absoluendo à non reser-
uatis, & quibus etiam absolutio reservatorū
commitatur iudicio maxime confessarij, &
derogantur contraria privilegia, consuetudi-
nes in memoriales, constitutiones, vel ordi-
nationes Apostolicæ. etiā Cœcili generalis,
& cōstitutiones ordinū, sed postea idem
vina voce concessit Societati. Primo quod
quando vetatur superioribus audire cōfessio-
nes subditorū; nō intelligitur prosuperiore

Ma-

Magister nouitiorum. 2. Quod non teneatur in singulis domibus preter confessarium ordinarium deputare duos, aut plures confessarios pro referuatis. 3. Ne iudicium absoluendi a referuatis, absolute relinquatur confessariis: sed liceat interdum superiori pro ratione sui officij istam facultatem denegare in casibus in quibus constat, esse denegandam iuxta quae Doctores, & discreta docet charitas. Ita habetur inter ordinationes generaliū Societatis, pagi. 81. quibus etiam gaudent alienie religiones. Iuxta dicenda infra, lib. 2. cap. 4.

Dub. 10. An casus reseruati a prælatis regularium, sint etiam reseruati pro suis nouitijs. Prima conclusio. Probabilis est pars affirmativa. Ita Cordo. lib. 1. q. 3. & Manuel Rod. in expositione Bullæ §. 9. num. 26. Quia cum nouitijs sint exempti a iurisdictione Episcoporum, ut ait Silu. ver. Religi. 2. §. 11. & 12. manebunt sub iurisdictione prælatorum sui ordinis.

Secunda conclusio. Multo probabilior est pars negativa. Ita ledes, in sum. cap. 13. de poenitentia, dub. 14. Quia ante professionem non sunt Religiosi, ergo nec sunt astricti legibus religiosorum. Secundo inter casus refer-

De voto obedientiae:

uiatos prælatis Religionum solent aliqui rē
seruari, qui supponunt professionem; sicut
peccata contra votum paupertatis, &c. Quæ
in nouitijs non imputantur ad culpam, er-
go.

Si arguitur nouitij gaudent priuilegio;
cap. si quis suadente diabolo, ut habetur in
cap. Religioso, de senten. excommunicatio-
nis, si enim illos percutias excommunicaris;
& gaudent alijs fauoribus circa absolutionē
à peccatis, & censuris reseruatis, ac si essent
verè Religiosi, ut infra videbitur ergo. Ad
hoc dico quod nouitij, & si non sint Religiosi
participant aliqua Religiosorum: cum sine
in via ad religionem, & sic secundum ius gau-
dent fauoribus religiosorum. In odiosis tamē
cum non sint profssi, non se habet sicut Re-
ligiosi: & sic non sunt subiecti iurisdictioni
Prælatorum religionum. Ex quo patet noui-
tios posse absolui à casibus Episcopo rescris-
tis & cōmissis ante religionis ingressum, &
per confessorem ab Episcopo expōssitum, &
per confessorem expōssitum à prælato sui or-
dinis. Et cum Bulla possunt absolui per con-
fessorem approbatum ab ordinario, & per
confessorem approbatum à solo prælato sui
ordinis, sicut & alij religiosi profssi. Imò
quando

quando religiosi professi ob aliquod speciale decretum Papæ non gaudent Bulla Cruciatæ quo ad clausulam de eligendo confessorem: non debet hoc intelligi de nouitijs, qui in odiosis non intelliguntur nomine religiosorum. Ita ledes.

Dub. i i. An prælati regulares possint sibi subditis concedere licentiam, ut dum sunt extra conuentum possint confiteri idoneos Sacerdoti seculari, aut alterius ordinis regulari. Et ratio dubitandi est, quia in constitutionibus minorum cauetur, ne religiosi istius ordinis præterquam suis prælatis, & de corum licentia fratribus sui ordinis consiteantur.

Secundò, in constitution. prædicatorum. d. i. cap. 14. habetur non posse priores concedere sibi subditis licentiam confitendi Sacerdoti alterius ordinis, sed solus magister ordinis hoc potest concedere, quando non adest confessor ordinis. Per quod limitatur auctoritas ordinaria istorum prælatorum, iuxta dicta dub. 8.

Prima cōcl. Prælati regulares possunt cōcedere sibi subditis dictā licentiā. Ita cōcessit minoribus Sixtus 4. Bu. 30. hoc tenore. Ut fratres vestri, vel aliorum prælatorum, & suo-

ram, qui pro tempore erunt, licentia, solum
modo tamē, cum itinerauerint, vele extra con-
uentus fuerint, prout eis concedetis, confite-
ri possint, &c. Concedimus. Secudō. Innoc.
7. Bulla vñica concessit prædictoribus hoc
tenore. Innoc. Episcop. &c. Nos igitur suppli-
cationibus inclinati, fratibus huiusmodi, quos
itinerares, & per eorum superioresmitti con-
tigerit, ut si aliquem præbyterum idoneum,
ex professoribus dicti ordinis habere non
possint, quemcumque alium præbyterum
idoneum, & discretum, Religiosum, vel
secularem in eorum confessorem eligere va-
leant. Qui confessiones eorum audire, &
eorum confessionibus diligenter auditis, pro
commissis, eis debitam absolutionem im-
pendere, ac penitentiam salutarem iniungere
licitē possit: nisi talia commisserint,
propter quæ Sedes Apostolica sit meritō
consulenda, authoritate Apostolica tenore
præsentium, indulgemus. Ex quo colligitur
contra Manu. Rod. in qq. regul. tom. I. q.
62. ar. 5. posse dictos prælatos concedere sibi
subditis existentibus extra conuentum, licē-
tiā ut absoluantur à sibi reseruatis. Cum in
hoc priuilegio solum excipientur casus Pa-
pe reseruati. Imo in codem, cum sola licētia
itinere-

itinérandi, aut existendi extra conuentum, videtur concessa facultas confitendi, & absoluendi à prædictis sine alia speciali licentia prælati circa hoc. Et licet in isto priuilegio concedatur ista facultas confitendi extraneo Sacerdoti, in absentia idonei Sacerdotis proprii ordinis: tamen in priuilegio Sixti IIII. non limitatur.

Not. idoneum Sacerdotem pro Religiosis absoluendis reputari, quilibet Sacerdos aliás non suspensus, aut excommunicatus. Ita D. Ant. 3 p. tit. 1. c. 7. Silu. ver. confessio. 1. s. 3. Soto d. 18. q. 4. art. 3. Et idem isti cérebant de confessore idoneo pro secularibus ante Conc. Trid. Vbi iam ses. 23. c. 15. statuitur, quod pro secularibus etiā Sacerdotibus ille solus idoneus reputetur, qui est parochus, aut ab ordinario approbatus: at pro Religiosis nihil, ibi innouatur. Ex dictis patet solutio ad rationes dubitandi, illæ enim procedunt secluso priuilegio.

Secunda conclusio. In licentia data Religioso itinerandi clauditur virtualiter licentia confitendi: maximè si ex naturali obliuione non petitur licentia confitendi idoneo Sacerdoti. Non tamen poterit cum sola ista licentia, & secluso priuilegio; immo nec cum expres-

De voto obedientiae.

expressa licentia confitendi cui vellit, absoluā reseruatis, iuxta. cap. si Episcopus, de po-
ni. & rem. Vbi sic dicitur, in generali conce-
ssione non veniunt, quę non esset quis verosimiliter in specie concessurus. Et sic si Reli-
giosus existas extra conuentum, & habes
peccata reseruat celeb̄are debeat, respe-
ctu reseruatōrum gerat se, ac si non haberet
copiam confessoris. Ita quōd licet teneatur
illa confiteri cum alijs peccatis non reserua-
tis, & indirecte ab eis absoluatur, sed tamen
cum obligatione illa iterum confitendi le-
gitimo confessori, quando adsit oportuni-
tas.

Tertia conclusio. Religiosi hospites in
conuentibus sui ordinis possunt absoluī etiā
à reseruatis suo prælato per priorem, seu præ-
sidentem talium conuentuum. Ita concessit
prioribus prædicatorum, ac eorum Vicarijs.
Gregor. 11 & Clemen. 4. ut patet in monu-
ord. concess. 518. 519. & 548. Et in prolo. cōf-
ti. prædicatorum habetur. Quōd Vicarius
prioris absente priore potest absoluere om-
nes fratres ordinis etiam hospites à peccatis,
& censuris, tam à iure quam ab homine ge-
neraliter latis, exceptis Pape reseruatis. Et
ut dicitur in cap. 14. dictarum constitution-

d. i. ista potestas non potest eis limitari per superiores prælatos: cum sit eis à Papa concessa. Ex quo sequitur, quod cum ista potestas, & iurisdictio sit ordinaria, ut potè, ex priuilegio perpetuo obtenta, iuxta dicta dubia s. potest delegari cuiuis Sacerdoti, etiam à nullo ordinario approbato. Nec hoc est contra Concil. Trident. loco cit. cùm vt dixi, loquatur de confessorebus secularium etiam Sacerdotum, relinquendo religiosos dispossessioni suorum prælatorum, & statutorum.

Quarta conclusio. Prælati Ecclesiarum, & alij confessores extra ordinem nō possunt religiosorum confessiones audire, eorum superioribus inuitis. Ita concessit minoribus Sixtus. IIII. Bull. 14. & prædicatoribus Bul. 33. & Cisterciensibus, Alexand. IIII. Bul. 29.

Dub. 12. An religiosi possint sine licetia suorum superiorum vti priuilegijs eligendi confessorem.

Not. quod in aliquibus priuilegijs conceditur religiosis, ut per confessorem à suo prælato deputatum absoluantur. Sicut Eugen. 4. Bul. 1. multa concedit, de quo infra, dub. 13. conclu. 2. & Sixtus 4. inter viua oracula concessit minoribus etiam nouitijs habentibus ani-

animum profitendi, ac soribus Sancte Clariæ, ac tertiaris utriusq; sexus, & istorum familiis semel eligere confessore de huiusmodi obseruantia, qui eorum confessione audita, absoluat eos ab omnibus peccatis, & censuris, ab omni ab irregularitate, homicidio voluntario, & mutilatione exceptis. Et idem concessit pro articulo mortis. Secundo idem Sixtus concessit prædicatoribus, & minoribus etiam nouitijs, plenissimam absolutionem à peccatis semel in vita, & in articulo mortis per idoneum confessorem ordinis de licetia suorum superiorum electum. Ita habetur in monu. ord. concessione. 360. Tertio Leo. X. inter viua ora. concessit monialibus Sanctæ Claræ, ut per confessorem à suis superioribus deputatum, quartæ in anno absoluantur ab omnibus peccatis, & dispensentur in omnibus votis, exceptis substantialibus, dum tamen sub spe huius gratiæ non peccent. Quar to idem Leo. concessit dictis monialibus seb cura minorum obseruantiaz existentibus, ut in omnibus solemnitatibus Domini Sabbath. B. Virginis, omnium Sanctorum, B. Francisci, ac Sancte Claræ, eorum confessores in absolutione suarum confessionum eas plena iie absoluant. Ita in monu. ordi. concess. 132.

Et idem concessit sacerdotibus. B. Virginis sub cura minorum existentibus; pro dictis festis, & pro festo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & pro tota hebdomada maiori, ut patet concessione. 137. De dictis priuilegijs non est difficultas: cum postulent confessio-rem a praetato deputatum, aut de eius licentia electum, quod de confessoribus ordinarii deputatis a praetato, etiam verificatur, licet alias seclusis istis priuilegijs, non possint absoluere a reseruatis. Ita enim priuilegia aliquid debent concedere, scilicet, absolutionem a reseruatis. Nam alias, sine illis posset praetatus concedere absolutionem saltim a sibi reseruatis. Iuxta dicta dub. 8. &c 11.

In alijs tamen priuilegijs religiosorum non ponitur, quod confessio fiat confessori deputato a praetato, vel de eius licentia electo. Sicut Innocen. 8. id concessit pro articulo mortis sine ista limitatione, ut habetur in quo dā priuilegio Benedictinorū, relato a Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 62. art. 6. Secundō, Leo. 10. concessit minoribus quod in feso S. Catharinæ Martiriis plenarie absoluantur. Ita habetur inter viua ora. Tertio, idē Leo. 6 cedit religiosis de Vcles, & S. Marci Legionensis, & eorum seruitoribus famili aribus domes-
tis.

De voto obedientiae:

domesticis eligere sacerdotem idoneum secularem, aut alterius ordinis regularem qui, exceptis scilicet reseruatis in Bulla Cœnæ, absoluat eos ab omnibus censuris, & poenis: aiuramentorum sine preiudicio tertij, à voto rum, ieiuniorum, penitétiarum transgressiō nibus, & periuriorum reatibus, & omissionibus horarum canonicarum, & ab omnibus criminibus, excessibus, & delictis, etiam Pape reseruatis semel in vita, & in periculo mortis probabili, licet mors non sequatur, & ab alijs casibus Pape, scilicet, non reseruatis, possunt absolui per predictos quoties fuerit opportunum: & eorum vota, ieiunia, & alia precepta etiam ultramarina, excepto solo voto castitatis, religionis Compostelæ, & Romæ in alia opera pietatis commutari, & quævis iuramenta relaxari, cum iniunctione satisfactionis si opussit, per penitentem sivi extit, vel per alterum implendç. Nec valet ista concessio peccantibus ex confidentia istius gratiæ, vel recedentibus à fide, & vnitate Ecclesiæ, ac obedientia Papæ ita habetur incouentu de Vcles in Bulla authenticata incipiente religionis Celus. edita 6. Kalend. Iunij, anni. 1514. Quarto in Bulla Cruciatæ conceditur sumenti illam posse per sacerdotem

ab

ab ordinario approbatum semel in vita , & in morte , absoluī à casibus Pape reseruatis sola hæresi excepta , & ab alijs casibus non reseruatis Pape , quoties opus sit .

Dubium ergo est , an Religiosi in consultis suis Prælatis possint vti , istis priuilegijs .

Prima conclusio . In aliquibus ordinibus speciali Papæ concessione cautum est , ne religiosi vtantur dictis priuilegijs , sine licentia suorum superiorum . Ita concessit prædicatoribus Iul . 2 . Bu . 16 . & Pius V . Bu . 13 . Secundò , Leo . X . Bu . 24 . concessit minoribus , ne fratres absoluantur à reseruatis virtute cuius suis priuilegij , aut Bullæ etiam Cruciatæ . Ter tio . Greg . 13 . concessit non posse Religiosos Societatis sine expressa suorum superiorum licentia vti facultatibus Iubileorum , Bullarū Cruciatæ , confessionalium , vel aliorū Apostolicorum indultorum , quæ communitatibus , personis , vel Pijs locis quoquis modo concessa sunt , aut concedentur , licet in eis exprimatur , quod omnes regulares etiam mendicantes illis vti valeant . Ita habetur in compen . Societatis . tit . absolutio . § . 11 . Quartò . Sixtus IIII . idem concessit Hieronymis , vt habetur in eorum compen . Innocenc . 8 . idem

De vero obedientia.

cōcesit minoribus, & Agustinis, & Iul. 2. Cis-
terciēsibus, & Greg. 11. cōcessit sic cōgrega-
tioni mōtis Oliueti, si quis monachus, vel mo-
nialis, quodcūq; cōfessionale impetraverit,
vel eo absque sui superioris licētia, uti præ-
sumperit, eo ipso, impetratis caret, ac poenit
constitutionū, & definitionū, scilicēt, inhabili-
tatis, & suspēsionis subiicitur, à quibus à nul-
lo, nisi à Papa dispēsari potest, prout cōcessit
Clem. 7. cōgregationi S. Georgij de Algala.
Prædicta priuilegia latē refert Man. Rod. in
qq. reg. to. 1. q. 52. a. 4 Quinto Innocē. 8. Bu.
3. concessit prædicatoribus, & Leo. 10. Bu. 4.
cōcessit minoribus, ne literę, & exēptiones re-
ligiosis à Papa concessae eis sufragentur sine
expresso consensu Vicarij generalis.

Tandem, Clem. 8. Bu. 9. decernit conceſ-
ſionem Cruciatæ, & aliorum indelitorum par-
ticularium quantum ad articulum eligendi
confessorem, & absoluendi a referuatis cum
religiosis utriusque sexus locum nō habere,
sed ait Papa, nostræ intentionis esse, quod di-
cti religiosi in prædictis, dispositioni suorū
prælatorum sint subiecti, authoritate Apos-
tolica tenore presentium perpetuo declarā-
mus. Vbi nota, quod hic Clem. 8. solūm de-
clarat suam intentionem, ut patet, ex con-
textu

textu pro Ballis scilicet, & indulti particula
ribus se cōcessis, & cōcededis: nō tamē est
absoluta, & generali deel. ratiō p̄t cōceden
dis, aſui etia ſucceſoribus, quidquid alij dirāt.
¶ Sed difficultas eſt, an iſta priuilegiū ſuſpē
dātur per Bullas Cruciatę cōcessas poſt talia
priuilegia ab alijs P̄tificib⁹. Nā certū eſt
nō ſuſpēdi per Bullas eorū de P̄tificū etiā cō
eſſas, poſt dicta priuilegia. Cū in eis habeat
i. o. poſſe religiosos uti Bullis cōcessis, aut
cōcedendis, ab eisdē, ſciličet, P̄tificib⁹, ut
ex coneeſſione Grg. 13. citata conſtat.

Secunda cōcluſio. Probabile eſt, quod pri
uilegia prime cōclusionis, nō ſuſpēdūtur p̄e
Bullā Cruciatę, & ſic religiosi ſumentes Bul
lā, licet gaudeant gratijs ſue regule nō contra
rijs, ut ſunt indulgentiæ, eſuſ otiorū, &c. non
tamen priuilegio eligendi confeſſorem. Et
patet primo, quia quando in Bulla ſuſpen
duntur omnes indulgentiæ, gratiæ, & fa
cultates, expreſſe excepituntur gratiæ, in
duļgentiæ, & facultates conciſiæ ſuperiori
bus mendicantiū quōad ſibi ſubditos: qui li
videntur eſſe dicta priuilegia. Secundo patet,
quia Epifcopo Valentia consulenti, an mo
niales tibi ſubditæ poſſent per Bullam eli
gere confeſſorem. Rcfp. cōgregatio Cardina
lium

Iuum in tempore Gregorij. 13. sic. Congregatio Concilij censuit, quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinet ad moniales, non posse vigore facultatis in eadem Bulla concessas, alios eligere confessores, præter eos qui ad audiendas confessiones earum ab ordinario sunt approbati. Ita refert Manu. Rod. in expōssit. Bullæ. §. 9. nu. 24.

Tertia conclusio. Probabile etiam est, privilegia primæ conclusionis suspendi per Bullas concessas ab alijs Pontificibus. Et sic religiosi sumendo Eullam Cruciatæ, possunt eligere confessorem, & absolui à reseruatis iuxta tenorem eius. Ita Enriq. to. 1. lib. 7. ca. 22. & glos. x. Antolinez de indulg. & ita fertur tenuisse Vañes. Ioannes Vincen. Luna, & alij. Qui etiam dicunt, quod quando Bulla post suspensionem omnium indulgentiarū, graciarum, & facultatum, excipit concessas superioribus mendicantium quoad suos Religiosos, ista exceptio intelligitur respectu tantum indulgentiarum: ut patet ex contextu dum dicitur, quo absib[us] subditos, quod verificari debet de indulgentijs. V. g. de indulgentia plenaria concessa visitantibus nostras Ecclesiias in die B. Dominici patris nostri, quæ suspeditur, quoad seculares, nō tamē quoad

Religiosos, sed sine Bulla lucrantur illam, & sic de alijs similibus. Secundo patet Conclusio, quia hæc doctrina, ut ait Manu. Rod. in expositione Cruciatæ. §. 9. dub. 7. practicatur in consilio Cruciatæ. Et patet etiam ex usu sapientium, & timoratorum, videntibus, dissimulantibus, & consequenter consentientibus prelatis, quorum est tollere à subditis ignorantiam rei ita necessariæ ad salutem, & oppositum executioni mandare, tandem probatur conclu. Quia ut videbimus, lib. 2. cap. 3. dub. 5. Paulus V. confirmauit predicta & omnia alia regulariū priuilegia alijs non contraria Concilio Trid.

Dub. 13. An prælati regularium possint eos absoluere à referuatis Pape extra Bullā Cœnæ.

Prima conclusio. Ante publicationem Bullæ Cœnæ poterant prælati regulares, ac eorum Vicarij per se, & per alios absoluere suos religiosos, & hospites sui ordinis ab omnibus casibus etiam Pape reseruatis, & etiā commissis ante religionis ingressum. Exceptis tantum hæreticis relapsis, scismaticis, falsarijs literarum Apostolicarum, & defensibus prohibita ad infideles. Ita declarauit, & moderauit Sixtus IIII. Bulla. 14.

De voto obedientia.

pro minoribus, & Bu. 33. pro predicatoribus.
Et idem antea concesserat, ut constat ex bul-
li Sixti, Clemens. 4. Generalibus, Prouincia-
libus, & custodibus minorum. Et licet Sixtus
4. Bu. 20. quę dicitur Bulla aurea, abstulisset
dictam potestatem antea commissam priori-
bus predicatorum, & eorum Vicariis: tamen
postea idem Sixtus, Bu. 12. & 22. illam ita rū-
concessit prioribus, & eorum Vicariis Pro-
uinciae obseruantiarum, Hispaniarum, Lombardie.
Quo etiam iam gaudent omnes priores, &
eorum Vicarij totius ordinis per coiu-
nicationem. Iuxta dicenda, libro. 2. cap.
4.

Secunda conclusio. Dicti prelati, & mo-
nachi ab eisdem deputati, & ad nutum reu-
candi possunt religiosos, etiam nouitios ad
reincidentiam si non prefipientur, conuer-
sus perpetuo donatos, & oblatos absoluere,
ab omnibus criminibus, censuris, inhabilitati-
bus sententijs Ecclesiasticis, & poenitentijs a iu-
re, vel ab homine quo quis modo latet, etiam
Pape reseruatis semel inuita, & si ex igno-
rancia, vel in aduententia talia incurrent,
possunt absoluiri quoties opus sit. Et prelati
possunt sibi eligere predictos ad predicta.
Ita concessit Benedictinis. Eugenius IIII.
Bulz

Bulla 1. & iterum minoribus inter viua ora
cul numer. 9. Imo absoluē possunt absolu-
ui quoties opus sit iuxta dicenda dub. 15. de
censuris.

Tertia conclusio. Generales ordinum,
ac ab eis deputati possunt prædictos quoties
opus sit absoluere à prædictis, exceptis tan-
tam casibus Sixti. IIII. in prima conclusio-
ne numerati. Ita concessit Societati Iesu,
Paul. III. Bal. 8. Et intelliguntur dicta priui-
legia, & alia similia de casibus etiam reser-
uitis post dictas concessiones, & priuilegias:
nisi alias in alicuius casus reservatione illa
expressè derogentur, sicut iam derogantur
in reservatione casuum Bullæ Cœnæ. Item,
per dicta priuilegia possunt absoluī supra di-
cti, etiamsi peccent in contemptum clauium,
vel ex confidentia istorum priuilegiorum.
Cum in illis non excipiatur isti sic peccan-
tes, sicut in alijs solent excipi.

Quarta conclusio. Generales ordinum, &
provinciales, & ipsis amotis eorum vicarij
(iuxta dicta dub. 6. ex concessione Jul. II.)
& cōfessores ab ipsis deputati posvūt absolu-
re moniales sibi subdictas ab omnibus pec-
catis, & censuris, à quibus possunt absoluere

De votoobedientia

suos religiosos. Quia Sixtus IIII. concessit monialibus sancte Claræ, ac sancti Domini omnia priuilegia à suis prædecessoribus concessa , & à se concessa , & concedenda minoribus, Agustinis, Carmelitis, Servitis, ac Minimis. Ita in monum. ordi. concess. 362, & Manu. Rod. in qq. reg. to. I. q. 55. ar. 13. Item Bonifa. 8. Bu. 4. Leo. 10. Bu. 16. & 21. cōcessit monialibus S. Claræ, ac alijs ordinis minorum omnia priuilegia cōces- sa, & concedenda omnibus ordinibus.

An vero nouitiæ dictarum monialiū gau- deat priuilegijs professarū. Ad hoc dico, quod licet pro illis non stet speciale priuilegium, si cut pro religiosis nouitijs, ut patet ex secunda conclusione, possunt tamen absolui, tum per priuilegium Paul. 3. Bu. 7. concedentis Reli- giosis Societatis posse absoluere omnes fide- les a casibus, & censuris etiam Pape extra Bullam Cœnæ reseruatis, tū etiā quia Gene- rales, & Prouinciales, &c. habent potestatē ordinariam in suos nouitios, vt latē ostendit Manu. Rod. in qq. reg. to. I. q. 17. ar. 11. ergo eandem etiam habent potestatem in noui- tias ad eas absoluendum, & in votis, ac alijs legibus Ecclesiasticis, cum illis dispensan- dum.

Dub.

Dub. XIII. An prælati regulares possint
absoluere sibi subditos à casibus Bullæ Cœnæ.

In hoc Manu. Röd. cum alijs ab eo reclatis
in qq. regu. to. 1. q. 20. art. 9. tenet, quod sic.
Et probat primò, quia Iulius 2. Bul. 17. con-
cedit prælati ordinis predicatorum posse ab-
soluere sibi subditos à casibus Bullæ Cœnæ,
exceptis casibus Sixti 4. citatis dubio præce.
& excepto peccato conspirationis in Papā.
Imò secundum Panor. & alios citatos a M. 37-
nue. Rod. ibi, possunt absoluere ab hæresi oc-
ulta. Quia istius absolutio conceditur Epis-
copis in Conc. Trid. ses. 24. c. 6. de refor. sed
quæ in iure concedantur de novo Episcopis,
censentur etiam concessa dictis prælati pro
sibi subditis: nisi oppositum exprimatur: cū
isti prælati in sibi subditos habeant iurisdi-
ctionem, quasi Episcopalem, ergo, &c. Ita
etiam Naua. li. 5. cōs. 23. de priuile. & Panor.
in ca. at si clerici, §. de adult. n. 18. de judicijs,
sequēs Benedictū & Fredericum. Alias, ait,
istorum prælatorum subditis non esset, ita ac
secularibus prouissum; cūm alijs nē cogātur
egredi extra septa monasterij, debeant esse
melioris conditionis.

Secundò, quia Pius 5. bul. 13. data ad pe-
titionem Provincialis Hispaniæ ordinis præ-

dicatorum sic concedit. In super quia sacram
Conc. Trid. concessit Episcopis, posse absolu-
nere in foro conscientiae ab omnibus peccatis,
& dispensare in irregularitatibus prout ha-
betur, ses. 24. c. 6. n. prior conuentualis, &
superiores prelati dicti ordinis, tamen in dicta
provincia, quam extra, deterioris conditionis,
quam clerici, aut seculares existant, eisdem
priori conuentuali, & superioribus prelatis,
ut ipsi per se ipsos, idem omnino possint in
sibi subditos fratres, & moniales quod Episco-
pi in clericos, & seculares quoad absoluendi,
& dispensandi huiusmodi, & quoad alias quas
cumque facultates, eisdem authoritate, tenore
etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.
Idem etiam concesserat pro foro conscientiae
in casibus heresies, Iuli. 3. Preposito generali
Societatis per se, & per alios professos suos.
Idoneos ut habetur in istorum compen. His
non obstantibus.

Prima conclusio. In tempore Iuli 2. Pij 5. &
aliorum Pontificum, qui concesserunt prelatis
regularium posse absoluere sibi subditos a casi-
bus Bullæ Cœnat poterat isti prelati uti dicta
facultate absoluendi: ut constat ex dictis cœces-
sionibus. Et hoc probant argumenta facta.

Secunda conclusio. Probabile videtur posse
dictos

dictos prelatos absoluere à casibus Bullæ Coe-
 næ: ob rationes, & Doctores citatos: sed pro
 habilius reputo oppositā. Si quidē ista Bulla
 quotannis promulgatur, & in illa expresse re-
 uocantur contraria priuilegia etiam mendicā-
 tiū, & aliorum ordinū sub quāvis forma con-
 cessa. Et de hæresi specialiter patet, quia
 plim etiam ab Episcopis tractabiliā potestas
 absoluendi ab hæresi, & in Conc. Trid. loco
 cit. solis Episcopis restituitur. Ad illud Pa-
 nor. quod concessa de novo in iure cōmuni
 Episcopis, cōsentur concessa prelatis regu-
 lariū pro sibi subditis: nisi oppositum expri-
 matur, dico quod iam exprimitur oppositum
 in Bullæ Coeæ: dū reuocantur contraria pri-
 uilegia etiam Religiosorum. Et si reuocan-
 tar priuilegia Iulij 2, Pij V. & aliorum. Ad
 illud quod Religiosi non debent esse peioris
 conditionis, dico, quod pro talium absoluto-
 ne possint Religiosi cum licentia suorum su-
 periorū subiçere se iurisdictioni Epistopo-
 rum iuxta doctrinam Frederici Senensis, quā
 sequitur Nauar. lib. 5. conf. 13. tit. de priuil.
 Eniq. t. 1. lib. 6. c. 16. n. 8. & alij ab ecclia
 tati in gl. Et colligitur ex Bul. 14. Sixti 4. pro
 minoribus, & ex Bul. 32. pro prædicatoriis.
Vbi inhibetur prelatis Ecclesiastis, ne cōtra
 volun-

De voto castitatis.

voluntatem prælatorum regularium, audiæt
suorum sub litorum confessiones. Vbi insi-
nuatur, quod cum illorum licentia benè pos-
sunt.

Circa censuras.

DV B. XV. An prælati regularium pos-
sint sibi subditos absoluere, ab excommu-
nicatione, suspensione, interdicto, ac ab
alijs priuationibus, & in habilitatibus.

Prima conclusio. Prælati regularium non
possunt absoluere sibi subditos ab excommu-
nicatione casuū Bullæ Cœnæ, sicut dixi dub.
14. Quia in casibus Bullæ Cœnæ, sicut & in
casibus Pape extra Bullam Cœnæ reserua-
tis, excommunicatio est, quæ principaliter
reservatur: & ob illam reseruatur casus, ta-
liter quod ablata excommunicatione, licet
peccatum non remittatur, ut potē, si excom-
municatio tolatur extra Sacramentum, aut
in Sacramento inualido, peccatum non ma-
nebit reseruatum. Ita D. Ant. Palud. & alij,
quos refert & sequitur Cano. 5. p. de poenit.
Naua. in manu. c. 26. nu. 13. & c. 27. n. 154.
& Manu. Rod. in sum. 1. p. c. 55.

Secunda conclusio. Prælati regularium, ac
iftis

Istis absentibus, eorum Vicarij possunt absoluere in foro conscientiae sibi subditos ab omni excommunicatione Pape extra Bullam Coenae reseruata. Ita concessit benedictinus Marti. 5. ut refert Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 20. art. 2. & idem Marti. 5. concessit priori Benedictino Valeoletano absoluere quos in suo monasterio proposuere Deo perpetuum redere famulatum, ab omni peccato excommunicatione, suspensione, interdicto, & dispensare in omni irregularitate, etiam si talia sint, obque Sedes Apostolica sit consuleda, praemissa satisfactione, & cum poenitentia; ita in compen. Benedictinorum, concess. 7. & intelligitur excepti casus Bullæ Coenæ, modo dicto dub. 14. Et quod dicitur in foro conscientiae, non intelligas, quod debeat fieri absoluto præmissa confessione in foro Sacramentali; cum absolutio a censuris non sit annexa absolutioni a peccatis. Sed sensus est, quod illa absolutio illis sufragetur in foro conscientiae, & non in foro externo Ecclesiarum, siue impendatur absolutio ista in Sacramento, siue extra. Ita Enriq. to. 1. lib. 7. cap. 13. ubi citat pro se victoriam; Poenitam, & Med. Dominicanæ familie, & idem tenet de Bulla Cruciatæ.

De voto obedientiae.

Teriti^a conclusio. Dicti prælati possunt absoluere suos Religiosos, etiam nouitios ad reincidentiam si non profitentur, & hospites sui ordinis, ab omni excommunicatione, sus pensione, ac interdicto à iure, vel ab homine generaliter latitis, etiam incurvis ante Religionis ingressum. Ita concessit Clemens. 4. Generali, Provincialibus, ac custodibus minorum, ut ait Manu. Rod. in qq. reg. tom. I. q. 20. art. 21. vbi refert aliam similem concessionem eiusdem Papæ extensam ad priores conuentuales ordinis prædicatorum. Et licet Leo. 10. Bul. 45. vbi moderatur priuilegia regularium exigat satisfactionem ante professionem in excommunicato pro aliquo interesse: itamen postea Paul. 3. Bul. 8. idem concessit sine tali limitatione, Præposito generali Societatis, & alijs ab eo deputatis. Et ibidem concedit præposito isti, & ab eo deputatis posse absoluere prædictos ab omnibus censuris, poenis, & inhabilitatibus, etiam Papæ reseruatis, quoties opus sit, exceptis casibus Sixti 4. de quibus dubio. 15. conclusione. 1. & exceptis iā reseruatis in Bulla Cœnæ iuxta dicta dub. 14.

Quarta conclusio. Provincialis, & eo absente, eius Vicarius, & alij ex istorum com-

missione possunt absoluere , etiam volentes ordinē intrare , licet de facto non intrent , & nouit os licet retrocedant ab omnibus excommunicationibus , sententijs , censuris , & peccatis , etiam Pape extra Bullam Cœnarē reseruatis . Ita concessit Clemens VII . Prouinciali Prædicatorum S. Crucis dela Espanola , ut refert Manu Rod . q . 20 . art . 25 . Quia concessione gaudent omnes orbis Provinciales , & i p̄tis absentibas eorum Vicarij , & alij ex istorum commissione iuxta dicenda lib . 2 . c . 4 . Et iuxta istam , & illam Mait . V . concessionem possitam in secunda conclusione , & alias similes possunt prædicti in hac , & secunda conclusione absoluere à censuris à iure , vel ab hominē etiam specialiter latis . Quia concessis casibus , & censuris Papæ , consequenter conceduntur censuræ aliorum inferiorū . Cui enim licet plus , licet etiā minus , ut habetur de reguli . iur . in 5 .

Quinta conclusio . Priores & ab istis professionibus deputati , & ad uatum reuocādi , possunt semel absoluere , & negligētes , ignorātes , aut in aduertētes quoties opus sit . Religiosos etiā nouitios cū animo profitēdi , cōuersos , perpetuō donatos , & oblatos ab omni censura , pena , & sententia Ecclesiastica à iure .
vel

De voto castitatis.

vel ab homine, & in habilitate ad dignitates, administrationes, & officia ordinis, etiā habētia curā animarū: etiam si istā inhabilitatē cōtraxerint ob violationem legum Papalium ponentium istam poenam, & licet dictæ censoriae sint Pape, scilicet, extra Bullam Cœræ reseruatae. Ita con concessit minoribus Eug. 4. inter viua ora. n. 9. Et prælati possunt sibi eligere prædicatos ad prædicta. Et postea Iulius 2. bul. 2. extendit hoc indultum ad totam familiam minorum. Simile etiam indultum concesserat, iterum pro benedictinis, & pro semel invita Eug. 4. bul. 1. licet nouitij secundum istū indultū, reincidunt in censuras si nō profiteantur, sicut etiam dixi dub. 13. Conclusionē 2.

Et Not. 1. quod etsi facultas istius quintæ Conclusionis, non detur Vicarijs priorum, aut aliorum superiorum in eorum absentia; tamen mortuis, vel amotis dictis prælatis, Vicarij eis succedentes, iuxta cōcessionem Iulij 2. dub. 6. succedunt illis in omni potestate quovis modo concessa, aut concedenda dictis prælatis, scilicet, ordinis prædicatorū, exceptis illis, quæ in suis statutis eis inhibentur, ut ibi dixi. Quo etiam priuilegio communificant aliæ Religiones, ut dicetur lib. 2. c. 4.

Ethoc indultum notetur pro similibus concessionibus factis prælatis, & non corum Vicarijs.

Secundo Not. quod in concessione Eu
gen. 4. inter viua ora. petitur pro habilitatis,
si sint satis literati, recitatio septem psalmo
rum poenitentiae, cum letania per annum in
singulis septimanis: dum non sint legitime
impediti. Et si non sint sufficientis literatu-
ræ recitatio aliarū orationū arbitrio confes-
sorū taxandarū. Et si ista nō recitent in una
septimana ob impedimentum, aut obliuio-
nem suppleantur in septimanis sequentis
anni. Ista tamen satisfactio non est condi-
tio, qua cesante, absolutio, aut dispensatio
erit nulla. Et colligitur ex eo quod ibi con-
ceditur absolutio a peccatis, & censuris, que
in sui valore non pendet ex impletione di-
cte satisfactionis, ergo idem erit de illa ha-
bilitatione. Si tamē habilitadus non acceptet
istā satisfactionē, non est absoluendus, etiā
in sententiā asserēte non teneri poenitentē
acceptare poenitentiā sibi à confessario iniun-
cta. Quia sub pecato mortaliter tenetur accepta-
re, & implere dictā satisfactionem ob præ-
ceptū à Papa impositū volentibus gaudere
dicto indulto. Ita Man. Rod. in qq. reg. to. r.
q. 20. ar. 20.

De voto obedientiae.

Sexta conclusio. Generales, & Prouinciales, & istis amotis eorum Vicarij, iuxta supra dicta, possunt etiam in foro externo, restituere priuatos ab officijs, & perpetuo inhabiles ad illa, per constitutiones Apostolicas ob crimina grauias: si alias Papa non reseruat sibi talium dispensationem. Quia in cap. at si clerici, de iudicijs. Dicitur, quod in adulterio, & alijs minoribus delictis potest Episcopus dispensare cum clericis, per acta pœnitentia, in pœnis taliū delictorū, quādo alias illæ pœnz nō reseruantur: etiā si in illo tempore ponātur ista verba, ipso facto sit perpetuo priuatus. Et ita docet doctissimi iuristæ Salmaticenses, quos refert & sequitur Man. Ro. in qq. reg. to. I. q. 24. a. vlt. sed Generales, & Prouinciales respectu suorum subditorum habent iurisdictionem quasi Episcopalem, iuxta dicta dub. g. & 14. ergo sicut Episcopi, possunt isti dispensare.

Ex dictis sequitur primō, posse dictos prelatos dispensare in foro externo cū sibi subditis in pœnis introducentium mulieres in monasteria. Cum hoc non sit grauius adulterio, cum hoc sit prohibitum, quia malum: illud vero est male, quia prohibitum, & alias illæ pœnz non reseruantur Pape, de quibus

quibus vide supra cap. 5. dub. 1. & 2. Secundo sequitur, non posse dictos prælatos in foro externo dispensesare in poenit. subornatiū in electionibus, cuiusmodi est priuatio utriusque vocis per sex mēses. Tū quia ista priuatio est reseruata Pape specialiter: tū etiā quia subornatio est peior adulterio: cum ledat inmediatiū bonum commune. Et ob ea dem rationem nec dispensare possunt in poenit. motus proprij delargitione munerū. Cū transgressio illius legis, alias etiā prohibita, quia mala, sit peior adulterio.

Septima conclusio. Generalesordinū possunt cū sibi subditis dispensare alias ad ordines malē promotis etiam dum erant in seculo, vt ministrarent in ordinib[us] malē susceptis & vt v[er]terius ad ordines promoueantur. Ita concessit Generali prædicatorū Honorius 3. Bul. 5. Siobijcas, quia Sixtus 5. in monitu, qui incipit, Sanetum, & salutare, edito nonis ianua, anni. 1583. imponit malē promotis ad ordines, scilicet, per saltum, sine estate, vel dimissorijs, &c. poenam suspensio- nis ab exercitio ordinum, etiam minorum susceptorū, & sine spe ascendēdi ad v[er]terio res ordines. Et si ministrare presumūt, facti irregulares manēt priuati omni beneficio

officio, & administratione, & inhabiles
ad hæc, & familia, & dissimilia. Et ultra hoc
si sint regulares priuantur utraque voce. Et
prædictorum absolutio, & dispensatio, etiā
in foro conscientię reseruatur Pape. Non ob-
stante quouis indulto, Iubileō, Crucifixione, vel
mari magno. Imo & reuocatur Concilium
Tridentin. se. 24. cap. 6. ubi conceditur E-
piscopis in foro tamen conscientię dispen-
sare in omni suspensione ex delicto occulto
orta, &c.

Ad hōc respondetur, quōd post hæc
Clemens VIII. Bulla. 21. reducit dictum
decretum Sixti ad Consilium Tridentin.
& ad constitutionem Pij. II. qui incipit
cum ex facrorum, quæ est Bulla. 8. Pij II.
& vult Clemens. VIII. quōd poenæ con-
tentæ in illo decreto Sixti cum dicta reser-
uatione, tantum habeant robur in symoniz-
ce ordinantibus, & ordinatis, ita quōd cum
iftis, nec Episcopus, nec prælati regula-
rium, etiam in foro conscientię dispen-
sare valeant, bene tamen cum alijs aliter ma-
lē promotis, imo & iam etiam cum predictis
iuxta dicenda, lib. 2. cap. 3. dub. 5.

Circa irregularitatem.

DVb. 16. An prælati regularium possint dispensare in irregularitate orta ex dicto.

Prima cōclusio. Isti prælati iam possunt dispensare in irregularitate orta ex celebratione symoniacē ordinati, in ordine, scilicet, symoniacē recepto. Licet ista irregularitas, etiam occulte contracta esset olim Pa-pe referuata, etiam in foro conscientiæ: iuxta dicta dub. 15. in fine, & vide ibi.

Secunda conclusio. Prælati regulariū, & eorū vicarij in suis cōventibus possunt cū sibi subditis, & hospitibus sui ordinis dispensare in alijs irregularitatibus ortis, non tantū ex delicto occulto alijs non deducto ad forum contentiosum: cum hoc concedatur Episcopis in Conc. Trid. se. 24. cap. 6. sed etiā ex delicto notorio. Et ipsis prælatis potest idē bene ficiūm impertiri ab eorū cōfessoribus. Ita concessit prædicatoribus Clem. 4. ut habetur in eorum mari magno de quo Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 20. ar. 1. Et sola ista concessio extenditur ad hospites. Imo & à Sixto 4. Bu. 14. cōceditnr ista facultas custodibus minorū, & superioribus prælatis pro no-

De voto obediētia.

nouitijs. Dum tamen istæ, & alia censuræ ibi concessæ, sint latæ à iure, vel ab homine generaliter, & non specialiter contra Istū. Licet postea ab eodē Sixto, ut habetur in monu. ordi. conce. 151. sit ablata ista restrictio, & pro eisdem nouitijs, ad reincidentiam si non profitentur, cōcedatur prædictarū irregularitatū dispensatio. Et non est modo sermo de irregularitate orta ex delicto homicidij, vel mutilationis: de his enim postea dicitur, sed de illa quæ contrahitur ab excommunicato, suspenso, interdicto, vel in loco interdicto celebrante.

Tertia conclusio. Generales ordinū, & ab istis deputati possunt quoties opus sit dispendare cum sibi subditis, etiam nouitijs ad reincidentiam si non profitentur, in dictis irregularitatibus. Ita concessit præposito generali Societatis Paul. 3. Bu. 8.

Quarta conclusio. Religiosi, etiam nouitiij cum animo profitendi, & religiosorum famuli possunt disp̄sari semel in vita in omni irregularitate, & homicidio, & mutilatione volūtarijs exceptis, per confessore eiusdem ordinis ab eis electum, audita prius eorum confessione. Ita concessit minoribus Sextus 4. ut refert Manu. Rod. tom. 1. q. 62. art. 13.

Et

Et licet hic non excipiatur irregularitas bigamia, semper tamen intelligitur excepta cum etiam excipiatur a Pio. 4 in concessione facta Minorum praelati, ut patet in lib. monu. ordi. concess. 2 § 2.

Quinta conclusio. Dicti religiosi per aliā concessionem Euge. 4. inter viua ora. nū. 9. possunt semel dispensari ad ordines, dignitates, administrationes, & officia ordinis etiam per confessorem monachum a suo praetato deputatū, & ad nutū reuocadū in omnī irregularitate, & inhabilitate excepta bigamia, homicidio, & mutilatione voluntarijs. Et si dicta ignorāter; aut in aduertēter cōtraxerint, absoluātur quoties opus sit, & cū one re recitādi in singulis septimanis septē psalmos, modo dicto dubio præcedēti, cōcl. 4. & praelati possūt sibi eligere predictos ad predicta, & idē Papa idē pro semel in vita concessit iterū Benedictinis Bu. 1. sed sine one re recitādi dictos psalmos.

Sexta cōcl. Prælati regulares possūt dispēfare in irregularitate, cū illis qui in monasterio proposueredeo perpetuū reddere famulatū. Ita cōcessit Mart. 5. de quo supra. du. 11

Dubium 17. An prælati regularium possūt dispēfare in irregularitate cum sibi

De cuncto obedientia.

Subditis, bigamis, orbatis, aut nouiter coniugatis.

Prima conclusio. Prælati regulariū possunt dispensare ad ordines, & ad prælatias cum sibi subditis bigamis similitudinarijs, scilicet, cum religioso, vel initato maioribus ordinibus, qui contraxit, & consumavit matrimonium. Iste enim dicitur bigamus similitudinarius, ut ait Silu. ver. bigamia, & cōmunitas. Et patet conclusio, quia Episcopi possunt dispensare cum sibi subditis in ista bigamia orta alias, ex delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum, prout sibi conceditur in Conc. Trid. se. 24. cap. 6. sed prælati regularium pro sibi subditis habent authoritatem Episcoporum: ut patet ex dictis dub. 7. & 14. in principio, maxime ex declaratione Pij V. ibi relata, & idem declarauit concedendo Abbatibus Cisterciensibus Hispaniæ Greg. 15. anno 1574. ut habeatur in compen. dicti ordinis, ver. absolutio quoad fratres, s. i. i. ergo & prælati regularium poterunt cū suis dispensare in ista irregularitate alias orta ex delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum.

Secunda conclusio. Dicti prælati possunt cū sibi subditis dispensare in irregularitate ha-

habentis niembrum abscisum, etiam mani-
festum, & sua culpa. Dum tamen casset ho-
mocidij præsumptio, ut si caret pede, occu-
lo dextro, vel digito, qui alijs nō sit pollex.
Quia cum prædictis sibi subditis potest Epis-
copus dispensare, ergo & dicti prælati cum
sibi subditis sic orbatis. Et ex hoc sequitur
posse dictos prælatos dispensare, etiam cū
infamia infamia facti, in irregularitate. Cū
ista irregularitas ab Episcopo dispensetur,
ut ostenditur in tract. de irregularitate.

Tertia conclusio. Dicti prælati possunt
dispensare ad ordines, & beneficia cum no-
uiter conuerso sibi subdito, sicut & Episco-
pi id possunt. Ita Couar. in Clem. si furio-
sus, r. p. 6. 2. n. 7. & patet ex dictis in prima
conclusione.

D V B. XVIII. An prælati regularium
possint cum sibi subditis dispensare in irre-
gularitate illegitimatis.

Prima conclusio. Illegitimi sunt irregula-
res & ad ordines, & ad dignitates, ut constat
ex cap. 1. & vlt. de filijs presbyt. Et sic non
possunt habere officia quibus possibiliter fit
annexa iurisdictio ordinaria: ut officium
Supprioris cui in nostro prædicatorum or-
dinac competit iurisdictio ordinaria mortuo,

De voto obediētia

vel amoto priore, & idem est de Vicario in capite. Non tamen vetatur eis iurisdictio delegata, & sic possunt esse vicarij prioris absentis. Dum tamen ista delegata iurisdictio non sit superior aliqua iurisdictione ordinaria: qualis est iurisdictio vicarij generalis, vel prouincialis, qui est superior prioribus. Et sic illegitimi non possunt esse visitatores conuentuum, vel prouinciarum; nec vicarij generales, vel vicarij prouinciales, nisi dispensentur. Ita Sylu.ver. prælatus, n. 3. & Man.Rod.in qq. reg. to. 1.q. 13.21.20, vide supra c.3.in motu de largi. munerum, quid intelligatur nomine dignitatis.

Not. quod ille dicitur in praesenti illegitimus, qui est genitus ex parentibus inter se non coiugatis. Et licet naturalis filius, ut potest genitus ex soluto & soluta non habentibus impedimentum dirimens ad matrimonium, per sequens matrimoniū, etiam in senectute, vel post aliud inter medium matrimonium celebratum, legitimetur: secundum Bart. in l. cum mihi, Couar. in epito. 4.p.cz. 8. §. 2. nu. 10. & Sarmiento lib. 1. selec. cap. 9. nn. 9 tamen si isti haberent impedimentum dirimens, eorum filius nec dicetur naturalis, nec legitimabitur, licet postea dispesa-

to impedimento matrimonium inter eos co-
trahatur. Nisi alias ante filij concepti nata-
lem parentes ad matrimoniu dispensentur.
Ita Couar. Sarmiēto, Sylu. ver. de filijs l- gi-
timis, q. 7. & Ledes. in sum. c. vlt. de matrim.

An vero filij geniti ex soluta à Comme-
ndatarijs Sancti Iacobi, Alcantara, & Cala-
trava sint sacrilegi , nec legitimabiles per
sequens matrimonium. Ad hoc aliqui Do-
ctores quos refert & sequitur Manu. Rodr.
in qq. reg. to. 1. q. 13. art. 2. dicunt esse sa-
cralegos , & a veris Religiosis genitos. Sed
oppositum tenet D. Thom. 2. q. 186. art.
4. ad 3. iuxta dicta cap. 2. dub. 3. Secundō,
quia licet in l. 1. Taur. inter sacrilegos com-
prehendantur, *los hijos de los Frayles y de los*
Freyles, tamen iam in noua Recop. lib. 5. tit.
8. l. 7. ablata sunt illa verba , *y de los Erelyes*.
Ex eo, quod isti Commendatari, per dispen-
sationem Papae non emittunt votum solé-
ne omnimodae castitatis, sed uxorantur. Et
sic eorum filij dicto modo geniti sunt natu-
rales, & legitimabiles per sequens matrimo-
nium.

Secunda conclusio. Illegitimi per profes-
sionem religione approbatā manet dispensa-
ti ad omnes ordines, ut patet ex c. 1. de filijs
presby.

De voto obedientia.

presbyt. & Eug. 4. & concessit Benedictinis Casinensisibus, ut habetur in istorum compendio conceſ. 57.

Tertia conclusio. Prælati regulares dispensant cum sibi subditis illegitimis, ad personatus, administrationes, officia, & dignitates: qualia sunt, prælaturæ & officium difinitoris. Ita concessit minoribus Sixtus 4. Bul. 14. & prædicatoribus Bul. 33. & Eug. 4. Bul. 1. & 9. pro Benedictinis Casinensisibus, & interuiua ora. n. 9. Et licet post hæc, non possent isti illegitimi ad prædicta dispensari; nisi per generalem, vel prouinciam cum generali, vel prouinciali, seu inter medio capitulo, ut concessit Greg. 14. data bulla anno 1590. idibus Martij, quam refert Man. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 23. art. vbi Gregor. 14. moderavit rigorem Sixti 5. qui in suo motu contra illegitimos, qui incipit: Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus dato 6. Kalendas Decemb. anni 1578. tollebat ab omnibus sibi inferioribus facultatem dispensandi cum illegitimis, tam ad ordines, quam ad officia, de quo iterum dicimus, cap. 8: dub. 1. Tamen iam confirmatum est priuilegium Sixti & Eugenij, iuxta dicta à nobis, lib. 2. c. 3. dub. 5.

Quarta

Quarta conclusio. Licet Papa sine causa dispensans cum illegitimo peccet, valet tamen dispensatio ob plenitudinem potestatis. Secus sit, si dispensatio fit a prelatis religionis sine rationabili causa. Quia in dicta bullâ Gregor. 14. conceditur istis prelatis dispensare cum illegitimis, suffragantibus eorum meritis, & non aliis. Verum est, quod examinatione, & iudicium de his relinquitur arbitrio boni viri.

Quinta conclusio. Secularis dispensatus ad quemvis beneficia, intrando religionem non eget noua dispensatione ad prelatias ordinis. Secus sit, si tantum sit dispensatus ad beneficium simplex, vel curatum. Quia cum illa dispensatio fit limitata, & secundum Nau. libr. 4. confi. 1. tit. qui filij sunt legitimi, stricti iuris, erit stricte interpretanda secundum ius commune, ut tenet Panor. in decre. in cap. de multa, nu. 4. Geminia. confil. 47. nu. 3. Nec in dispensationibus valet extensio, etiam ad casum maiori ratione pollentem. Ut docent Doctores in cap. postulaatis de rescrip. cum Panor. in e. ad aures nu. 7. cod. tit. Et secundum hoc dispensatus ad curatum, non potest habere beneficium simplex, vel dignitatem.

De voto obedientiae.

Ex dictis sequitur, quod cum dicti praletati tantum possint modo dicto dispensare ad beneficia in religione obtinenda, ut patet ex Bul. Greg. 14. consequenter, si isti a religione recedant, e gentia alia dispensatione ad beneficia Ecclesiastica. Imo si dispensatio in una religione ad aliam se transferat, eget in illa, noua dispensatione pro prælatijs illius religionis. Cum per priorem dispensationem in priore religione factam, non sint absolute legitimati: sed tantum ad dignitates prioris religionis.

Sexta conclusio. Non valet legitimatio per facultatem Principis obtentam: nisi legitimanti manifestetur omne id, quod cum potest retrahere a tali legitimatione concedenda; alias sureptitia iudicabitur. Secus tamē est de legitimatione in religione facta. Prima pars patet ex multis capitulis citatis à Cou. in 4. 2. p. c. 8. §. 9. nū. 1. Manifestā dū enim est legitimanti, an legitimādus sic spurius: & si ex adulterio, incestu, vel sacrilegio: & si ex adulterio utrimque: & in quo gradu incestus: & si ex sacrilegio cū Sacerdote, religioso moniali, aut utrimque: & an concurrunt simul sacrilegium, adulterium, vel incestus. Ita Couar. Panor. in cap. per venerabi-

sterabilem, qui filij sint legitimi, Sylu. ver. legitimus, nu. 8. & alij ab istis citati. Sit tamen Princeps in tali dispensatione dicat, ex quo uscoitu conceptu legitimo te, valet dispensatio, licet praedicta reticeatur. Nisi alias illegitimitas sit talis, de qua presumitur quod in particulari explicata non dispesaretur. Secunda pars patet, quia in religionibus verissimiliter creditur, prælatos earum, velle dispensare cum illegitimo in quoquis gradu, maxime quia cum religiosis facilius, quam cum seculari bus est dispensandu. Et ius commune, ut dixi, eos habilitat per professionem ad sacros ordines, multum confidens de eorum continetia.

D V B. XIX. An prælati regularium possint cum fibi subditis dispensare in irregularitate homicidij, aut mutilationis membra.

Prima conclusio. Prælati regularium possunt dispensare cum sibi subditis iuste occidentibus homines, & ad ordines minores, & ad beneficium simplex. Cum hoc ipsum possit Episcopus, ut ait Medina in sum. & alij communiter in tract. de irregularitate. Imodi prælati possunt cum praedictis dispensare ad ordines maiores, & ad dignitates, & prælatias, &c. Quia Sixtus 4. Bul. 14. pro minori-

De voto castitatis.

minoribus & bui. 33. pro prædicatoribus, concessit prælatiis istorum ordinum posse dispensare cum sibi subditis in omni irregularitate, excepta irregularitate bigamia, homicidij, & mutilationis. Et Iul. 2. inter viua ora. tantum excipit bigamiam, & homicidium voluntarium. Quod intelligitur de bigamia vera, & homicidio propriè, scilicet, de iniusta hominis occissione, hoc enim significat homicidium, ergo, &c. Et ita sentit Caiet. ver. irregularitas in fine, quem sequitur Couar. in Clem. si furiosus, 2.par. §.3.nu.7. Nau. in manu.ca. 27. nu. 217. & 240. Vñes 2.2.q.40.art. 2. & Manu.Rod.in qq.r e g. to. 1.q.24.art. 6.

Secunda conclusio. Dicti prælati possunt dispensare ad ordines maiores cum sibi subdito iniusto mutilatore, & cum homicida causali ad minores ordines. Quia ut ostenditur in materia de irregularitate, Episcopus potest in hoc dispensare cum sibi subditis, ergo & dicti prælati idem possunt, iuxta dicta dub. 17.

Tertia conclusio. Dicti prælati possunt ad omnia dispensare cum sibi subditis in irregularitate homicidij iniusti alias occulti. Et dicitur occultum, secundum Nau. in manu.

Cap. 27. num. 250. quod non est notorium: ita quod à multis sciatur, licet iniuditio probari possit. Et patet conclusio, quia Mart. 5. concessit Abbatii Benedictino Valeoletoni posse cum sibi subditis dispensare in omni irregularitate, quam Papa solet sibi reseruare, ut potè, in irregularitate homicidij, voluntarij & mutilationis, & enormi sanguinis effusione: dum tamen hoc non sit notorium scandalum. Ita habetur in quadam Bulla quæ seruatur in dicto Conventu. Et Iul. 2. idem concessit ordini prædicatorum, ut habetur in compend. Societatis, ver. dispensatio, §. 1. vide dub. 15. conclusione 2.

Si obijcias. Quia post Mart. 5. concessit Sextus 4. facultatem dispensandi cum homicida casuali, excipiendo homicidium, & mutilationem voluntariam, ut dixi conclusione prima. Ad hoc dico, quod ista exceptio Sixti, tantum procedit respectu confessionum eiusdem Sixti, & non aliorum Pontificum: cum hoc non exprimat. Nullum enim priuilegium reuocatur, etiam per legem communem contrariam, nisi de illo fiat expressa mentio; saltim in communione dicendo, quibusuis priuilegijs in contrarium non obstantibus. Et ita habet usus, ut patet

De voto obedientiae.

ex Concil. Trid. sess. 33. cap. 15. vbi quan-
do statuitur, quod nullus, nisi ab ordina-
rio approbatus, audiat sacerdotalium confe-
siones: statim subitur, quibusuis priuilegijs
in contrarium non obstantibus. Et sic in
alijs locis, quod latius ostendemus, lib. 2. ca.
3. dub. 6.

Sic ibijcas secundô. Quia ista priuilegia
Mart. 5 & Iul. 2. videntur per non usum
abrogata. Ad hoc dico; quod hoc, non con-
stat, ex eo quod prelati non dispensant in
plateis, & coram omnibus. Cum ista pri-
uilegia concedantur pro casibus occultis,
nec tot se offerrant casus ad dispensandum.
Præter quam quod Veracruz in suo com-
pendio manu scripto refert, religiosos ordi-
nis Prædicatorum usos esse ista facultate in
suo primo capitulo celebrato in Guatima-
la anno 1553. Item etiam, ut casset aliquod
priuilegium per non usum, multa requi-
runtur. De quibus dicetur lib. 2. cap. 5. dub.
2. Vide ibi dub. 5. vbi ostenditur priuile-
gia regularium, etiam per non usum
reuuocata, esse iam nunc à Paulo
V, confirmata.

*De potestate circa vota, iuramenta
leges Ecclesiae, officium Diuinum,
reiuaria, & cibos.*

DV B. XX. An prælati regularium pos-
sint cum sibi subditis dispensare in vo-
tis, & iuramentis.

Prima conclusio. Iuliū. 2. inter vīna ora.
absoluit moniales à votis, & iuramentis. Et
statait quod de cetero istarum vota, aut iura-
menta, si fiant, non valeant, nec obligent
ad peccatum mortale.

Secunda conclusio. Dicti prælaeti possunt
dispensare omnia suorum subditorū vota,
& iuramenta, etiam transcedenti ad arctiorē
religionē, solis tribus votis essentialibus
exceptis. Ita Caiet. 22. q. 88. art. 8. quia vo-
tum arctioris religionis non est simpliciter
votum religionis, sed religionis arctieris.

Ex quo sequitur, posse istos prælatos ista
vota commutare. Cum sit minus commu-
tare, quam dispensare; ex eo quod per
dispensationem tollitur omnino vinculum
voti: non sic autem per commutationē; sed
obligatio voti mutatur in aliam materiam;

De voto obedientiae.

ratione cuius minor causa sufficit pro commutatione.

Tertia conclusio. Dicti prælati non possunt suorum nouitiorum vota irritare. Cum non sint sibi per professionem, & votum obedientiae traditi. Ob potestatem tamen, quam in eos habent spiritualem, possunt vota eorum & iuramenta dispensare, & commutare in exercitia ab eis in religione regulariter facta. Et patet hoc ex Bul. 21. Eug. 4. vbi concedit Abbatibus Cisterciensibus posse absoluere in foro cōfessionis ab omni voto excepto voto religionis, omnes donatos, oblatos, & commissos, id est, nouitios cum reincidetia, si non profitentur. Itē, idem Eng. bul. 11. idem, & eodem modo concedit respectu commissorum, præsidenti, visitatoribus, abbatibus, prioribus, & rectoribus conuentus sanctæ Iustinæ ordinis S. Benedicti in Roma. Et ibidem eisdem concedit, posse dispensare cum vouente religionem arctiorem; dum tamen ipsorum dispensantium religionem solemniter profiteatur. Et licet ad dispensandum requiratur semper causa rationabilis, sufficiet nunc pro causa, si dispensandus putet Deo mollus in hoc ordine, quā in arctiori famulaturum.

Quarta

Quarta conclusio. Omnia vota cōmutantur cū professione in religione approbata. Ita D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 1. & in 4. d. 38. q. 1. art. 4. & Armi. ver. votum.

D V B. XXI. An prælati regulariū possint cum sibi subditis dispensare in legibus Ecclesiæ.

Prima conclusio. Stādo in iure, & secluso privilegio, dicti p̄xlati possunt cum sibi subditis dispēsare in legibus Ecclesiæ. Nisi quādo specialiter, vel ex consuetudine dispensatio reseruatur Pape. Et patet, quia iuxta dicta dub. 6. 7. & 14. prælati regulares habēt in sibi subditos potestatem Episcoporū; sed Episcopi, licet nō possint cū aliquo generaliter dispēsare in legibus Ecclesiæ, sed hoc sit supremi capituli Ecclesiæ: tamē ex causa rationabili possūt cū sibi subditis dispēsare in omnibus casibus sibi aliās nō prohibitis expressè, vel saltim ex cōsuetudine, iuxta Clē. ne Romani, de electione, cū gl. ibi, & c. vnicō de etā. & quali. præficiēdorū in 6. & habetur etiā. l. 20. ti. 17. p. 1. ergo id ipsum possunt dicī prælati cū sibi subditis.

Secunda conclusio. Si certò cōstat iudicio periti medici, aut aliter obseruatiā legis nocere cōmuni, vel particulari saluti proprię,

De voto obedientia:

vel alienæ potest omitti, etiā in consulto suo
periore, secundū D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. &
2. 2. q. 147. ar. 4. Potest enim comedere
qui scarnes die vetito, si nō habet alium ci-
buin. Quod enim pro charitate institutū est,
contra charitatem militare nō debet. Imō ut
ait D. Tho. 1. 2. loco, cit. licet sit recurrēndū
ad superiorē pro dispēsatione, vel interpre-
tatione legis: quando seruare legē nō habet
ita subitum periculum; si tamen periculum
sit ita subitū quod illam morā non patiatur
ipsa necessitas dispēsationem habet anne-
xā. Necessitas enim non subditur legi. Vbi
Caiet. & Medina pro maiori declaracione
dicunt, quod in casu dubij, an lex obliget in
aliquo casu, consulatur superior si fieri po-
test, si minus seruetur lex: nisi alias dubium
sit de periculo salutis. Quia quādō res est du-
bia, & utrinq; periculosa eligatur minus pe-
riculū, cuiusmodi est nō seruare legē. Imō
secluso periculo salutis, si sit verisimile viro
prudēti, quod si adesset legislator, nō obligaz-
ret illū, nō tenetur tūc seruare legē. Quia li-
cet dubium sit speculatium, tamen certum
est moraliter, licere tunc uti epicheia.

DVB. 22. An prelati regularium pos-
sunt cū sibi subditis dispēsare in recitatione
horæ

horarum, in ieiunijs, & in qualitate ciborum, vide dub. 12.

Prima conclusio. Diēti prælati possunt dispensare cum sibi subditis senibus, vel infirmis non valentibus sine tēdio horas canonicas recitare, vt in tēpore infirmitatis, vel conualescentiæ loco horarum recitent aliquid ad arbitrium prælatorum. Et similiiter cū ipsis prælati presbyter monachus ab eis electus dispensare potest. Ita concessit Abbatibus Cisterciensibus Eug. 4. Bu. 21. Et idem concessit Hieronymis Martinus 5. vt habetur in compend. mendicatiū de quo Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 42. art. 7. Et licet iuxta dicta dubio 21. posset prælatus regularium, sicut Episcopus dispēsare cum suis in recitatione horarum in casu necessitatis absque priuilegio; valet tamen priuilegium ad maiorem claritatem, & securitatem, vt dicetur lib. 2. cap. 1. dub. 1. Item diēti prælati possunt pro horis canonicas in iungere religiosis non presbyteris aliquas orationes, quando ob causam utilem, aut honestam nō dixerint officium diuinū. Ita Eug. 4. concessit Benedictinis, vt habetur in eorum compend. concessi. 5 1. & Clemens. VII. vt habetur in compend. minorum, ver. mo-

De voto obedientiae.

niales concescit monialibus nescientibus perte
fecte recitare horas, ob in peritiam iudicio
prælatorum, confessorum, aut abbatistarum,
quod satisfaciant dicendo officium laica-
rum sororum vid: lib. 2. c. 8. dub. 2.

Secunda conclusio. Prælati regularium,
possunt cum sibi subditis, de consilio medici-
si commode haberi potest sin minus sine il-
lo, dispensare in eis carnium, ouorum, &
laetificiorum. Et idem potest vicarius ab-
sente priore. Et id ipsum potest concedi istis
prælati ab eorum confessoribus. Ita conces-
sit Hieron. Eug. 4. ut habetur in cōpen. mé-
dican. tit. i. iunium, c. 7. Imo Leo. 10. in bul-
la incipiente religionis celus edita. 6. Kalē.
Junij anni 1514. concedit religiosis S. Iaco-
bi de Spata, & eorum familiaribus, & serui-
toribus comedere in quadragesima, & alijs
dubus vetricis, etiam per sui statuta, butirum
oua, & similia laetificinia, & de cōsilio vtrius
que medici etiam carnes, quo communicat
aliæ religiones, iuxta dicenda lib. 2. cap. 4.
Et seruatur ista Bulla in conuētu de Vcles.
Et idem locis citatis, conceditur dictis superio-
ribus pro familiaribus monasterij, licet
quantum ad istos hoc priuilegium per
Bullam Cruciatæ suspendatur. Ut ibi pa-
tet,

ket, vbi in generali suspensione indulgen-
tiarum, gratiarum, facultatum excipiuntur
concessa superioribus mendicantium quo
ad suos tatu subditos. Item, idē Sixtus 4. Bu.
37. concessit Carmelitis esum carninm tri-
bus diebus septimanæ extra aduentum, &
quadragesinam, & extra alios dies genera-
liter vetitos.

Terti conclusio. Dicti prælati, & ipsis
absentibus, eoru vicarij possunt cū sibi sub-
ditis, & familiaribus monasterij (modo ex-
plicato in secunda conclusione) dispensare,
etiam sine medico, in ieunijs Ecclesiæ. Et
idem possunt istis superioribus concedere
eorum confessores. Ita concessit Eugen. 4.
loco cit. Imo & Sixtus. 4. concessit minori-
bus non valentibus bono modo ieunare ob-
infirmitatem, vel debilitatem, quod ad id no-
teneantur. Ita in lib. monumen. ordinum,
conces. 99. & Manu. Rod. in su. 1. p. c. 24. n.
4. Et sic religiosi non tenentur adire præla-
tum pro hac dispensatione.

Quarta conclusio. Religiosi maximè a-
tu prædicantes, possunt, seruato ieunio, an-
ticipare, & retardare horam comestionis, &
collationis. Ita concessit minoribus Leo. X.
interviu ora. num. 57. & num. 60. conce-

De voto obedientiae.

dit minoribus itenerantibus posse transferre ieiunia diei itineris in aliud diē. Et Pius 5. inter viua ora. n. 11. concedit pedestri itinerantibus posse in die ieiunij de manū iētari, & vespere cœnarē. Et hoc ut habeant meritum ieiunij.

Quinta cōclusio. Religiosi posset cœna rā in natali domini, & duobus diebus sequētibus quo quis die occurritibus, & in alijs diebus solēnibus, qui à clero, & populo seruantur quando in feria sexta non occurunt. Ita concessit Eug. 4. Benedictinis. ut habetur in eorum compen. cōcess. 31.

Cap. VII. De competētibus religioso, ut sunt mendicare, p̄dicare, docere, transire ad aliā Religionem, & portare habitum suum.

DVb. 1. An liceat religiosis mendicare.

Prima conclusio. Licet religiosis mēdicare, ne ceterēt manib⁹ laborare. Ita difinitur contra Vbicleph in **Conc.**

Cōc. Cōstatiens. & D. Tho. 2. 2. q. 1 87. 2. 5. Et licet religiosi (quod absit) male vivat, nō tenentur, sicut nec alij pauperes, restituere elemosynas sibi etiam hoc animo datas ut pro benefactoribus orent. Cū in hoc non interueniat pactum. Et sic licet peccent non orando contra virtutem gratitudinis, non tam contra iustitiam.

Secunda conclusio. Ordinarij, aut alij impeditentes, scilicet, per vim, aut dolum, ne elemosynae dentur religiosis suat ipsofacto excommunicati. Ita cōcessit Agustinis Sixt. 4. Ba. 5. 4. & Carmelitis, Bu. 57. Vbi etiam præcipitur, quod ad petitionem religiosorum procedatur contra sic impeditentes, sicut contra hæreticos.

Dub. 2. An liceat religiosis docere, & prædicare.

Prima conclusio. Et si prædicare ex officio cōm petat solis habentibus curam animalium: licet tamen commititur religiosis prædicationis munus. Ita D. Tho. 2. 2. q. 1 87 a. 1. Et disinitur in cap. moderamine, & ca. ex authoritate. 16. q. 1. Et in Ecclesiā sunt institutæ religiones ad prædicandum: sicut ordo SS Patriarchæ Dominici. Et iuxta doctrinā D. Tho. 2. 2. q. 1 88. a. 6. religio ad prædicandum insti-

De voto obedientiae.

Instituta inter omnes primatum tenet, ut pote-
tè, cum attingat contemplationis supremū
gradum: qui est contemplata alijs tradde-
re, ex quo propius statui Apóstolorum ac-
cedit.

Secúda cōclu. Parrochus poterat olim in
sua parochia cōmittere religiosis, aut alijs
prædicationis munus iuxta Clem. dudū, de
sepul. sed iam in conc. Trid. se. 5. cap. 2. de
refor. statuitur, quōd nullus religiosus prædi-
cet in suo monasterio, sine licentia saltim
interpretatiua sui superioris, & alias Epis-
copo non contradicente, ut habetur se. 24.
cap. 4. de reformat. qnando, scilicet, Episco-
pus vult prædicare, aut facere prædicare co-
ram se iuxta extraua. inter cunctas, aut quā
do concionator errores, aut scandaliz, disemi-
nat iuxta idem Conc. Trident. se. 5. cap. 2.
alias enim à congregatione Cardin. decre-
tum est liberum esse religiosis prædicare in
suis Ecclesijs qnando vellint ita in summa
constitutio. præd. 2. p. cap. 37. tamen ad
prædicandum in Ecclesijs extra ordinem,
cum licentia sui superioris, debet etiam ha-
bere religiosus licentiam Episcopi. Vnde si
prædicet sine vlla dictarum liceatiarum,
peccabit. Cum hoc sibi sub excommunica-
tionē

tione ferenda inter dicatur in cap. excommunicamus. t. §. quia vero de hereticis. Si tamen habet licentiam saltim interpretati- uam alicuius ex dictis prælatis, peccabit tan- tum venialiter, si de consensu parrochi, & alias Episcopo non renuente, prædicet in sua parochia. Quia quo ad hoc verba Con- ciliij non important tantum rigorem, ut ex vnu comprobatur. Not. tamen, quod si reli- giosus prædicet absque illa dictarū licetiatū non potest ab Episcopo, sed a suo superiore puniri. Ita declarauit congregatio Card. in tempore Clemen. 8. vt reficit Manu. Rod. in compen.

Tertia conclusio. Licet per dictum de- cretum Concilij Trident. sit reuocatum pri- uilegiū concessū religiosis Societatis a Pau. 3.bu. 7. quo vbiique prædicare poterant: cū hoc priuilegium sit concessum anno. 1545. & illa sesio. Concilij Triden. sit celebrata anno 1546. non tamen est reuocatum pri- uilegium postea eidem Societati concessum a Gregor. 13.bu. 28. vbi reuocat dictum priuilegium Pauli 3. Et concedit religiosis istis Societatis, alias idoneis, etiam sola ton- sura initiatis vbiique prædicare verbum Dei de licentia suorum prælatorum. Non obsta-

De cuncto obedientia.

te quouis Concilio generali. Et ibidem mandatur ordinariis, ne eos impedianter. Et hoc priuilegio gaudent aliae religiones iuxta dicta lib. 2. c. 4.

Caveant tamen religiosi, ne ponendo os in Cœlum in suis concionibus detrahant sacerdotibus eos specialiter nominando, aut equimale alter dicendo, alias peccabunt mortali. Secus sit si in genere, & sine scandalo eos reprehendunt. Ita Nau. in manu. cap. 25. n. 142. Imo in clem. religiosi. de priuilegio. præcipitur religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, ne in concionibus suis detrahant prælatis Ecclesiarum, eos scilicet, nominando, vel per circumlocutionem, quæ vicem habent proprij nominis, ut explicat glossa, & armi. verbo, prædicare, numero 6.

Dub. 3. An licet religiosis transire de una in aliam religionem.

Priima conclusio. Transitus iste seclusa magna necessitate, vel utilitate non approbatur à D. Tho. 2. 2. q. 189. art. 8. Quia facilius, ait, proficit quis in religione quam cōsuevit: quam in alia, quam non est expertus.

Secunda conclusio. Transitus iste sine causa, & licentia factus est peccatum mortali.

cum

et in iure, maximē in Cōcilio Trid. se. 15. c.
4. & 19. sub grauiissimis pœnis vetetur. Imō
in extraua. viam ambiciose, excommunicā
tur cum reseruatione ad Papam mendican-
tes transeūtes ad monachales, excepta Car-
thusia. Et qui illos recipiūt, & ipse receptus
nihil faciunt: sed sunt in malo statu, dum re-
ceptus ad priorem religionem non reuerti-
tur. Hæc habentur de iure communi.

Tertia conclusio. Omnibus ferē religio-
fis est vestitus dictus transitus ex privilegio.
Primō, Benedictini ad nullam religionem
preter Carthusiam transire possunt: & ali-
ter facientes, & eos recipiētes: nisi post dies
sex à suis prælatis vocati redierint: sunt ex
communicati cum reseruatione ad Papam
& possunt cum brachio seculari reduci, ita
Eug. 4. ut habetur in istorum compen. con-
ces. 22. Secundo, Cistercienses sine licentia
sui generalis, vel capituli generalis nō pos-
sunt ad aliū ordine trāsire. Ita Mart. 5. bu. 6.
Tertio, religiosi ordinis prædicatorū ex cō-
cessione Bonif. 9. nō possūt recipi in alio or-
dine mēdieatiū, nec ecōtra etiā vigore cuius-
uis licētię; nisi in ea fiat mētio ordinis a quo
recedit, & ad quem se vertit. Ita habetur in
gōsti. prædicatorum, d. 2. c. 17. Item, prædi-
catores

De voto obedientiae.

catores sub excommunicatione Pape reser-
vata non possunt recipere minores , nec
isti, prædicatores: & aliter si etiam est in ritu.
Ita concessit in inoribus Innocen. 4. Bu. 5.
& prædicatoribus Alex. 4. Bu. 20. & Clem.
4. Bu. 12. Quarto, Mercenarij non pos-
sunt recipere, aut retinere Minores, aut a-
lios strictoris regulæ prætextu cuiusvis pri-
uilegij, aut quarti voti. Ita Clem. 5. Bu. 13.
vbi declarat regulam esse iudicandam stri-
ctorem ab alio, quam à quarto voto. Quinto
minimi sine licentia sui Generalis transeū-
tes ad alium ordinem, & illos retinentes ex
communicantur à Iul. 2. Bu. 27. & à Leo. 10.
Bu. 42. Et ab eodem Iul. 2. Bu. 11. præcipi-
tur istis minimis ne recipiant, aut retineant
minores. Sexto, religiosi Societatis , & etiā
voti simplicis, sine licentia sui Generalis nō
possunt intrare, aut recipi in alia religione,
excepta Carthusia, alias possunt reduci cen-
suris, & brachio seculari. Ita concessit Pau.
3. Bu. 8. & Greg. 14. Bu. 2. alias etiā religio-
nes possunt se iubare dictis priuilegijs per
communicationem.

Quarta conclusio. Religiosus habens li-
centiam transeundi ad alium ordinem, si in-
tra tres menses , vel intra tempus in licen-
tia

ea taxatum nō transit, eius prælatus potest procedere contra ipsum, sicut contra apostatam. Ita concessit Benedictinis Eug. 4. Bul. 9. Et idem est si exuto habitu de licentia sumpto, non reuertitur ad priorem religionē, ita Iulius 2. Bul. 25. & Sixtus 4. Bul. 33. pro prædicatoribus.

Quinta conclusio. Mendicantes transi-
tes, etiam cum licenta Papæ, ad non men-
dicantes priuantur in Clem. 1. de regula, v-
traque voce, & loco in capitulo; licet ista ab
alijs sibi liberè concedantur. Nec possunt
habere administrationes, prioratus, vel offi-
cia etiam sicut vicarij: nec pro alijs curam
animatorum exercere, & aliter factum est
irritum. Item religiosus ordinis minorum,
ex priuilegio Nicol. 4. Bul. 4. si intret aliam
religionem, etiam cum licentia, non potest
ibi aliquam habere administrationem, præ-
laturam, personatum, vel officium cum cu-
ra animatorum absque expressa licentia Pa-
pæ inscriptis facientibus memoriam de hoc
statuto.

Sexta conclusio. Religiosus, etiam cum
licentia, transiens ad alium ordinem non
potest ferre secum bona ad proprium, vel
commune bonum deputata. Et potest cen-

Turis compelli à priore religione, ut illa sibi restituat. Ita concessit Greg. 11. Bu. 3. Et idem est de religiosis ad dignitates assumptis, qui omnia sua resignare debent; nisi eis à suo ordinac. ad tempus concedantur. Ita Alexan. 4. Bu. 3. Et Clem. 4. Bu. 5.

Septima conclusio. Religiosi Episcopi non possunt consecrari antequam resignent quæ habent ab ordine: nisi prior cū conuictu usum illorum ad tempus sibi concedat. Alias suspēduntur ab executione Pontificalis ministerij. Inter ista tamen bona non comprehenduntur quatera sermonum, aut aliarum rerum notabilium. Ita declarant Alexan. 4. & Clem. 4. locis cit.

Octava conclusio. Religiosi expulsi, aut proprio motu egredi à religione nisi de licētia Papæ, aut sui ordinis, alium ordinem intrent alieni sint, à promotione dignitatis, administrationis Ecclesiasticæ, aut secularis, nec presumant prædicare, confessiones audire, aut docere in quavis facultate; & alter temerè atentantes possunt excommunicari, à prælatis suæ prioris religionis. Ita concessit minoribus Innocent. 4. Bu. 8. Et Alex. 4. Bu. 9. & Celestinis Euge. 4. Bu. 18. Iul. 2. Bu. 26.

Et isti expulsi sine licentia suorum generalium, aut prouincialium, aut priorum, seu vicariorum istorum non possunt in alio ordine recipi. Ita concessit minoribus Sixtu. 4. Bu. 14. & predicatoribus Bu. 33. & minimis Iul. 2. Bu. 26. An vero religiosi de licentia ad seculum redeuntes potiantur religiosorum priuilegijs. In hoc reputo certam partem negatiuam cum ista, ut constat ex eorum fine, & tenore sint concessa in authoritatem religionum, & leuamen, seu subsidiu spirituale religiosorum sub obediētia, & obseruātiare regulari militatiū, & quibus etiā fauoribus incitati seculares ad religionis securū portam cōuolare conētur. Itē certò cōstat predictos nō esse in munera decimis soluēdis: nec creaare posse iudicē cōseruatorē pro sibi debitiss. Et idem est de alijs: cū omniū sit eadē ratio.

Dub. 4. An religiosi teneantur portare habitum suæ religionis, & de Episcopis an ad id teneantur, dixi iam c. 2. dub. 4.

Prima conclusio. Religiosus tenetur publicē portare habitum suæ religionis. Ita decernitur in Conc. Trid. ses. 25. cap. 19. Imo qui animo vagādi occultat habitū suū taliter quod à prētereuntibus propriis accedētibus non cognoscatur, incurrit excommunicatio

De voto obedientiae:

tionem latam in cap. ut periculosa, ne clerici, vel monachi, contra dimittentes temerariè habitum suæ religionis. Ista enim habitus oculatio ad liberè vagandum est forma lis dimissio habitus secundum Caiet. ver. ex communicatio. cap. 61. Sylu. & Armi. ver. habitus, Vales, 2.2. q. 12. art. 1. & communiter Canonistæ. Licet Panor. in cap. Deus qui, de vita & honest. cler. satis probabiliter oppositum teneat. Quia ait, illa poena feratur contra dimittentes temerariè habitum, ergo non est extendenda ad occultates habitu. Et dicitur temeraria dimissio habitus, quando dimittitur habitus ad patrandū aliquod malum, verbi gratia, furtum homicidium, aut aliquam turpitudinem, quæ sit peccatum mort. alio habitu assumpto, etiā alterius religionis. Nam si non assumit aliū habitus quo occultatus liberè possit vagare, aut si dimittit suum habitum, & assumit aliunt ex motu tantum pectati venialis, non incurrit dictam excommunicationem. Ut si religiosus nocte ut transeat de una in alia in domum sine malo fine mortali, sed ad evitandum scandalum assumit pallium quo occultetur. Secus esset si ille transitus ex aliqua quaunque circumstantia fieret pec-

eratum mort. Ita Vales loco cit. communi-
ter.

Ex hoc sequitur, quod si religiosus assu-
mitem habitum alterius religionis de licentia
prælati talis religionis ad præstandum ali-
quod obsequium pro tali religione. V. g. ad
prædicandum, vel disputandum, & non ad
ibi profitendum, nec peccat, nec incurrit di-
Etam excommunicationem capituli, ut peri-
culosa, cum non sit dimissio proprij habitus
temeraria, ut potè, ad liberè vagandum, vel
scælus patrandum.

Secunda conclusio. Qui portat habitum
alterius religionis, aut ei consimilem cog-
atur censuris ab ordinario per talem religio-
nem requisito, ut dimitat illum. Nec etiam
potest quis cum habitu religiosorum sine is-
torum licentia extra eorum Ecclesias sepe-
liri. Ita concessit minoribus Sixtus 4. Bu. 14
& prædicatoribus Bu. 20. & 53. Item Alexā.
4. precepit Agustinis deponere habitum
album consimilem habitui prædicatorum, &
postea Clem. 8. præcepit eisdem Agustinis
ne vñqnam deponant habitum nigrum iux-
ta suas constitutiones, maximè in Ecclesijs,
etiam suis, dum confessiones audiunt, præ-
dicant, aut ad populū legunt, & extra claus-

tra: nisi in solis ædibus, & prædiorum suorū
viridarijs. Ita in summa consti. prædi. i. p.
cap. 59.

C A P. VIII.

De recipiendis in religione.

DVb. r. An illegitimi possint, ad-
mitti in religionibus.

Prima conclusio. In tempore
Sixti s. illegitimi, ut potē, sacrile-
gi, & incestuosī intra tertium gradum, erāt
inhabiles ad religionē, & alij illegitimi po-
terāt admissi certis conditionibus: & habita
prius informatione de eorū vita, & moribus
& aliter facta professio erat nulla. Ita statu
it Sixt. s. in motu qui incipit Cū de omnib⁹
Ecclesiasticis ordinib⁹, sexto Kalendas Decembris
 anni. 1587. Vbi tamē nō cōprehēdebantur
legitimati per seques matrimonii: sed habi-
les censebantur ad professionem, ad gra-
dus, honores, & dignitates, sicut alij legiti-
mi. Ita declarauit idem Sextus in motu qui
incipit, ad Romanum spectat Pontificeim,
edito die. 12. Noembris anni. 1583.

Secunda conclusio. Post Sextum. sc. eius successor Gregor. 14. in Bulla quæ incipit circumspecta Romani Pontificis prouidentia edita idibus Martij anni. 1590. reduxit decretū Sixti predictū ad ius cōmune. In iure tamen cōmuni illegitimus nō est inh.ibilis ad professionē, sed ad ordines, & dignitates, &c. Et ad ista dispensatur iuxta dicta c. 6. dub. 18. Prohibet tamē predictus Gregor. ne dictus illegitimus, patre viuēte, admittatur in religione in qua eius pater ante, vel post filij natalē fuerit professus. Si tamē de facto admittitur, & profitetur valet professio: cum ibi non irritetur.

Dubium. 2. An maiores sexdecim annorum sint ad religionem admittendi.

Prima cōclusio. In dicto motu Sixti. sc. habetur, quod nullus maior sexdecim annorum ad habitum religiosorum admittatur: nisi prius de eorum parentibus, patria, vita & moribus diligēter inquisitus, & eōpertū sit ex fide digna relatione eos, non aliquorum criminum, sicut sunt homicidia, fuita, latrocinia, vel similia, aut grauiora reos, vel suspectos existere; ut propterea damnati sint, vel ne damnentur formident; nec

De votoobedientia.

ingenti ære alieno supra vires suarū facul-
tatum grauatos, vel reddēdis ratiocinijs ita
obnoxios, ut ex hoc lis, vel molestia eis iam
illata, vel timendum sit ne inferratur: & ni-
si constet eos non humana aliqua ratione,
sed tantum deuotionis, & pietatis feroce
vitam religiosam spontē, & ex animo ele-
gisse. Et quod de his omnibus in generali,
vel prouintiali capitulo, plena, & indubita-
ta fide facta, tam generalis, sine prouintia-
lis, quam diffinitorum consensu approbati,
& ad habitū admisi fuerint. Et omnes dicti
criminosi, vel suspecti, aut ēre alieno oppre-
si, vel ratiocinijs obligati ad religionem in-
habilitantur. Et istorūn receptores, tā reli-
gioſi quicūque, quā eorū superiores voce a-
ctiua, & passiua, officijs, gradibus, honoribus
& dignitatibus quibusuis per eos obtentis,
ipso facto priuantur. Et ad illa, & alia obti-
nenda perpetuō inhabilitantur. Et postea
idem Sixtus in motu, qui incipit. Ad Roma-
num spectat Pontificē edito. 12. Kalendas
Nouemb. anni. 1388. declarauit circa crimi-
nosos. &c. debere intelligi, quando aetibus
publicis constituerit ipsos iudices, & Curiam
sæcularē ante suscep̄tum habitum de ipso
crimine aduersus eos accusationē suscep-
ſe,

ſe, vel inquisitione instituisse.

Secunda Conclusio. Post hæc Greg. 14.
 In decreto cit. dub. 1. statuit. quod modus re-
 cipiendi istos maiores sex decim annorum
 iuxta decretum Sixti, facto prius examine
 sufficieti, de eorum vita & moribus modo a
 Sixto explicato, sub eiusdem pœnis in eodē
 maneat robore. Excepto, quod istorum ap-
 probatio non spectet ad capitulum, sed ad
 eos quos prouincialis designauerit. Post hæc
 idem Greg. statuit pro monasterijs vbi est per
 petua religiosorū filiatio, ut receptio istorū
 ad tale monasterium pertineat. Et approba-
 tio informationis istorū ad examinatores
 eiusdem conuentus, qui omnia referant in
 capitulo coram superiore. Et post hæc Clem. 8
 Bu. 7. redicit ad ius commune receptionem
 maiorum sexdecim annorum quo ad hoc,
 quod si recipiantur sine dicta informa-
 tione de moribus, valet eorum receptio, &
 professio: tamen illorum receptores manet
 obnoxij pœnis contentis in Bul. Sixti, &
 Gregor. 14.

Postea idem Clem. decret. de nouitio-
 rum institutio. ultra statuta a Sixto. 5. addit,
 illud etiam superiores inquirat, ut nullus ad-
 mitatur qui ex honestis parentibus non sit,

L 5 &c.

&c. Et iteram, & ne eorum parentes ope, &
subsidio ipsorum indigētes deferant. Et po-
steā concessit, insipi monasterio Salma-
tino Dominicano: quōd prædicti, recepto
ab eis iuramento, quōd non sunt criminosi,
&c. Possint ad habitū recipi, & ante profes-
sionē per scrutiniū secretū fiat de prædictis
informatio per aliquē religiosum, & presi-
dēti, & magistro nouitiorū, & studentium à
quibus approbari possit, fideliter referatur.
Ita refert Man. Rod. in qq. reg. to. 3. q. 10. a.
1. Et hoc priuilegio gaudēt alia monasteria
eiusdē ordinis, ac alię religiones iuxta dicē-
da infra lib. 2. c. 4. Et hactenus dicta nō pro-
cedūt de trāfēūtib⁹ de vna in aliā religionē:
cū in istis nō verificētur verba decreti Sixti
5. vt patet. Illi autē qui in locis à sua patria
remotissimis, aut patria ab infidelib⁹ oppres-
sa, detinētur, & si nō liquidō cōstēt supradi-
cta: si tamē diligētia adhibita, nil appareat
eos impediēs, habiles reputētur. Ita Sixt. 5.
loco supra citato.

DVB. 3. An in receptione uouitiorū, pos-
sint monasteria aliquid recipere. Prima cō-
clusio. Licēt sit symonia recipere aliquid in
precium pro ingressu religiosis: vt ostendi-
tur cū D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. licet tamē
aliquid recipere, etiā ante professionē, pro-

alimētis recipiendi. Ita permittitur in Cōc:
Trid. ses. 25. c. 16. & ita habet v̄lus in aliqui
bus religionibus, maximē inter moniales.

Secūda cōclusio. Ante professionē, pr̄ter
viātū, & vestitū est vetita cū excommunicatio
ne datio, & receptio ex bonis nouitij, vel no
uitijs: ne hac occasione descendere nequeat,
quōd totā, vel maiore partē suę substatię mo
nasteriū possideat. Ita in Cōcil. Trid. loco
citato. Vbi etiam præcipitur, quod nouitio
ante professionem recedenti omnia sua in
tegrē restituantur, ad quod si opus sit reli
giosi ab Episcopo censuris cogantur.

Tertia conclusio. Conuentus, & capitula
sub suspēfione: pr̄lati, & singulare personæ
regulares utriusq; sexus sub excommunicatio
ne Pape reseruata nō possunt in recep
tione nouitiorū utriusq; sexus, vel post re
ceptionē petere, aut exigere, etiā indirectē,
pastus, prandia, cenas, poccunias, vel alia io
catia, etiam ad Ecclesiasticum, vel aliud
più vsum. Ita præcepit ante Concil. Triden.
Greg. X. būl. 2. Sed hic tantū vetatur prædi
ctorū petitio, sed non receptio eorum, quæ
liberè donātur, sed conceditur in extrauag.
sanē, desūmonia. Item vetatur hæc peti
tio ex parte. Ita Cietan. ver. excommunicatio.

88
catio.cap. 73. Imò & licet petere solitas dotes, lectis ternia, & similia; cum ista titulo alimenterum exigantur.

D V B. 4. An ad professionem sit necessaria etas sex decim annorum.

Prima conclusio. In omni religione virorum, & mulierum non fiat professio ante decimum sextum etatis annum expletum; nec qui minori tempore quam per annum in probatione steterit post susceptum habitum. Aliter facta professio irritatur in Concil. Trid. ses. 25. cap. 15. Post haec Pius V. Bul. 11. concessit pro nouitijs monialium ordinis prædicatorum posse profiteri in articulo mortis ante annum probationis expletum, ut indulgentia consequatur. Sed hoc videtur iam reuocatum, iuxta dicendalib. 2.c. 3. dub. 6.

Secunda conclusio. Religiosus prætendens per vim, aut metum, scilicet, cadentem in virum constantem religionem intrasse, aut aliud simile; vellitque habitum dimittere quacumque de causa, aut cum habitu descendere sine licentia superiorum, non audiatur nisi intra quinque annos a die professionis causas deduxerit, quas prætendit coram ordinario, & suo superiore. Et si ante hoc sponte habitum dimiserit, non admittatur

ad alegandum quamcumque causam ; sed ad monasterium redire cogatur , & sicut apostata puniatur. Interim tamē nullo privilegio suæ religionis iubetur , ita statuitur in Concilio Trid. ses. 25. c. 19.

Not. quôd qui cogit mulierem , præterquam in casibus in iure expressis , ad ingressum monasterij , vel ad suscipiendum habitum cuiusvis religionis , aut profitendum ; & ad id consilium , auxilium , aut fauorem dâtes : & qui coactionem scientes quovis modo eidem actui præsentiam , consensum , vel authoritatem interposuerint excommunicantur in Concilio Trid. ses. 25. cap. 18. Et eadem poena imponitur ibi impedientibus mulierem nê velum accipiat , vel votum emittat. Et Eug. 4. Bul. 7. pro Celestinis , & Bul. 8. pro Benedictinis , excommunicat nō tantum extrahentes , vel retinentes religiosos professos sine suorum superiorum licetia ; sed etiam impedientes alios (scilicet vi , aut dolo) religionem intrare . Item in Concil. Trid. ses. 25. cap. 17. dicitur , quôd Episcopus , vel eius Vicarius , aut aliis eorū sumptibus ante mensem professionis monitus à præfecta monasterij exploret moialis voluntatem , an liberè , an coacte profiteatur.

LIBER SE-
CVNDVS, DE PRIVI-
LEGIIS REGVLARIVM.

PROLOGVS.

 *VAMVIS* In primo libro multa sint regulariū adducta priuilegia: quibus statu religiosus maxime illustratur, in hoc tamen libro ad particularia descendentes, ex professo tractabimus de priuilegijs, eorum naturam ostendentes: & specialiter explicantes multa priuilegia regularibus concessa, pro sibi & pro secularibus: tam circa spiri- tualia & sacramenta, quam circa temporalia.

CAP.

C A P. I.

De natura priuilegij.

DV B. I. Quid sit priuilegium.
Prima conclusio. Priuilegium,
(quodvt dicitur in c. priuilegia, d.
3. & in D. Th. 1.2. q. 96. ar. 1. ad 1.
priuatorū lex, seu priuata lex nuncupatur)
est singulare ius cōtra ius cōmune indultū.
Ita Sylu. ver. priuilegiū, ex c. Abbæt. de ver
bo. sing. Semper enim priuilegiū operatur
aliquid cōtra ius cōmune; vt dicitur in l. fin.
C. de inoffic. test. ff. devsuris. Et licet aliquā
do non tribuat aliquid contra ius cōmune,
aut præter ius cōmune; tamen vt verē dica
tur priuilegium, sat est, quod tribuat clarius,
& facilius idē ius, quod tribuit ius cōmune.
Et sic priuilegia continentia ius comminunc,
hoc contra ius comminunc operantur.

Secunda conclusio. Priuilegium differt à
dispensatione in hoc, quod priuilegium so
let concedi sine causa: at dispensatio est
priuata iuris relaxatio, seu moderatio utili
tate, siue necessitate pensata. Ita Panor in
cap.

De natura priuilegij.

ea cum in cunctis. i.de electione. Sic ad eos
quod dispensatio facta sine causa , etiam a
Papa,circa legem pendentem a iure diui-
no erit nulla; sicut dispensatio in votis , aut
iuramentis. Et tam dispensantes , quam id est
procurantes peccat. Ita Caie.q. 12.96.ar.5.
& q.97.ar.4. & Soto.i.de ius.q.7.ar.3. Imo
licet dispensatio circa legem pure huma-
nam,sicut circa ieunia , qualitatem ciborum ,
& circa impedimenta matrimonij , facta a
legislatore sine causa , sit valida; & dispen-
satus posse ut illa absque peccato saltim
mortali:vt ait Soto.i.de iust.q.5.Nauar.in
manu.cap.23.nu.42.& Victo.de potestat.
Papæ.nu.15.contra Caiet.tamen si talis dis-
pensatio sic a prælatis inferioribus,taliter per-
det a causa iusta,quod illa deficiente , dispe-
nsatio erit nulla:vt ait Nau.in manu. prælud.
9.n.13.& 14. Quæ tamen censeatur causa
iusta in particulari , arbitrio prudentium re-
linquitur:vt ait Silu.ver religio.4.§.1. & 2.
Omnis tamen causa iustitia est sumenda in
ordine ad bonum commune. Nam cum lex
non sit iusta , nisi ad bonum commune refe-
ratur; sicut nec dispensatio circa eam. Etiux-
ta istam doctrinam numerantur in Concil.
Trid.se.23.c.1.de refor.quatuor causæ , vt

pre-

prælatus licet dispenseat, ut in obligatione
re fiduci de iure diuino, & naturali cum suis
omnibus: quæ omnes ad commune bonum re-
feruntur. Quarum prima est, Christiana cha-
ritas, ut pro liberanda altera Ecclesia ab ha-
resibus: quibus proprius Episcopus resistere
non valet; vel ad componenda desidia inter
Episcopum, & clericum. Secunda, virginis ne-
cessitas Ecclesiæ, vel Episcopi. Tertia, debi-
ta obedientia, ut si vocetur a Papæ, vel a Re-
ge pro negotijs Regni, ut pro iurando, vel
baptizando Principe: tunc potest Episcopus
illuc accedere pro paruo tempore. Quarta,
evidens Ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas, &c. Ex
dictis sequitur, quod ex eo quod dispensatio
requirit causam, est strictius interpretanda,
quam priuilegium, ut latè ostendit Rebūf.
citatū à Man. Rod. in qq. reg. tō. 1. q. 22. art.
2. vide dicta supra lib. 1. c. 6. dub. 18. cōcl. 5.

D V B. II. An priuilegium sit dandum
in scriptis.

Prima conclusio. Ut priuilegium in iudi-
cio probetur, debet dari in scriptis alias si vi-
ua vocis oraculis eadem fides, quæ literis
Apostolicis, adhiberetur, multæ fraudes pas-
sim euenirent.

Secunda cōclusio. Scriptura, seu bullatio

De natura priuilegij.

non est de essentia priuilegij. Ita in Clem.
dudum , d: sepul. in fin. cum glos. & Inno-
cen.c. constitutus de rescriptis , Archid. &
Ioan. And. in proœ. sexti. Itē, Leo. X. inter
viua ora. nu. 4. die 15. Aprilis. anni 1516.
concessit minoribus, quōd vtatur secura cō-
sciētia omnibus cōcessis à Sede Apostolica,
& à Romanis Pontificibus , siue per bullas,
siue per brevia , siue per viue vocis oracula,
prout in libris ordinis reperiūtur : ac si om-
nia tunc essent specicē expressa, & pro ma-
iori conscientiaru n securitate omnia de-
novo concedit. Item , quōd non sint mino-
ris efficaciæ viue vocis oracula, quam si per
brevia, aut per bullam ad perpetuā rei me-
moriā concessa. Vide Sylu. & Ar-
mi. ver. gratia.

Tertia conclusio. Priuilegia regularium,
siue facti in forma brevis, siue per supplica-
tiones expedita, in quibus placuit vt sola
signatura sufficiat, eandem omnino habet
efficaciam , etiam in iuditio: ac si plumbis
sigillo essent signata. Ita concessit Augsti-
nis, Iul. 2. bul. 22. vbi sic dicitur. Præterea,
vt omnia firmissima sint , &c. volumus vt
hæc nostra concessio, & quecumq; alia tibi,
vel tuo ordini facta, siue perse, siue per cō-
muni-

Imunicationem cum alijs ordinibus, eandem vim, & efficaciam habeant, tam in iudicio, quam extra, ac si plumbico sigillo signatae essent. Quod intelligi volumus, tam de his quae in forma breuis, quam de his quae per supplicationes expedita sunt: in quibus placuit ut sola natura sufficeret. Quamobrem, tam omnia praemissa, quam quaecumque alia fuerunt tuo ordini ut cumque concessa, siue ipsa exemplaria, siue ipsorum trasumpta ostendantur, prelati alicuius, vel publici notarij manu signata, vel etiam generalis ordinis sigillo firmata, eodem motu, scientia, & potestate, mandamus eandem omnino & vim esse, & fidem adhiberi: ac si plumbi signum haberent, hæc Iulius II.

D V B. III. An ad valorem privilegij, sicut & ad valorem legis, sit necessaria eius promulgatio.

Prima conclusio. Promulgatio est de ratione legis. Leges enim instituuntur cum promulgantur, ut habetur in cap. in istis d. 4. Ita D. Tho. & communiter Thomistæ 12. q. 90. ar. 4. Et patet inductione in omnibus legibus. Lex enim naturalis satis omnib[us] promulgatur per lumen rationis. Lex vetus fuit promul-

De natura priuilegij.

gata Exod. 20. quando populus Israeliticus audiebat voces, videbat fulgura, montem quod fumantem. Lex etiam Evangelica a Christo dum viueret, & inde Sancto Pentecostes fuit Hierosolimis solemniter promulgata. Et de legibus humanis canonicis, & ciuilibus experientia constat earum promulgatio.

Secunda Conclusio. Ut lex humana dicatur satis promulgata, non sat est, quod in curia promulgetur: nec requiritur, quod singulis notificetur; sed sat est, quod in locis insignioribus promulgetur. Patet ex auctoritat. ut facte constitutiones, ubi praecipiuntur, quod leges ciuiles proponantur in omnibus prouintijs: & quod post promulgationem non valeant usque post duos menses clapsos: ut sic ad omnium notitiam perueniant. Lex etiam Ecclesiastica debet promulgari in omnibus dioecesibus. Et haec doctrina non tantum habet verum in legibus praceptiuis; sed etiam in legibus reuocantibus gratias, & priuilegia; quae nullam vim habent, quo usque promulgentur non tantum in prouincia, sed etiam in dioecesi. Ita Soto 1. de ius. q. 2. art. 4. Sylu. & Armi. ver. gratia, Mcd. 12. q. 90. art. 4. Manu. Rod. in

qq. reg. to. 1. q. 21. art. 10. Facta tamen sufficienti promulgatione, lex ineipit obligare etiam ignorantes. Licet ob ignorantiam inuincibilem à culpa, & pœna excusentur.

An vero interposita supplicatione suspendatur obligatio legis, dum legislatori sit relatio de inconuenientibus obstantibus executioni legis. In hoc aliquibus viris doctissimis, & timoratis vißum est, quod sic: & ita obseruarunt absque scrupulo in motu de largitione munerum supra explicato lib. 1. cap. 5. dub. 5. Ad hoc tamen dico, quod licet executio literarum Papæ, aut alterius, etiā cum excommunicatione super aliquo negotio missarum, suspēdatur interposita supplicatione, obediendo illis literis, & alegando causas executioni obstantes: ut habetur in c. si quando, derescriptis, & ibidem Fellin. Bart. & Innocen. secūs tamen est de legibus generalibus latis pro conseruatione Ecclesiæ, vel reip. Quia cum legis sit consulere bono communi, & sit lata iuxta dictamen rationis, vult Papa, aut legislator, quod nō suspendatur eius executio interposita supplicatione, licet aliqui ex illa grauentur. At præceptum literarum particularium fa-

De natura priuilegij.

Facit quoddam ius particulare secundum al-
legata ex parte potentis: vel proponetis:
in quo cum possit esse error ob malam rela-
tionem, non mirum si vult superior, quod
spectetur secunda iussio ipsius, ut execu-
tioni mandetur.

An vero effectio legis pendeat ex eius
acceptatione. Ad hoc dico, quod lex quæ
reuocat gratiam aliquam, aut priuilegium,
quale est decretum Papæ statuens, ne re-
ligiosi vtantur aliqua gratia bullæ Cruciatæ,
verbi gratia, facultate eligendi confessio-
rem in illa contenta, &c. non pendet ex
acceptatione. Quia cum istæ gratiæ, & pri-
uilegia ex mera Principis voluntate conce-
dantur; ex eadem voluntate sine ordine ad
acceptationem possunt in teto, vel in par-
te reuocari. Lex tamen præceptiva, vel pro-
hibitiua non obligat, dum non recipitur per
maiores partem recipi. ut ait Nau. in manu.
cap. 23. nu. 41. & alijs quos refert & sequitur
Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 6. ait. 10. Et
dicitur lex non recipi, vel quando ignoran-
te Principe per decennium illi contraveni-
tur, ut ait Cou. 2. variarum nu. 6. Aut quan-
do sciente, & tacente Principe, per binos,
aut trinos actus, illi contraveniuntur. Cum ad
indus;

inducendum consuetudinem sufficientem isti
actus: ut ait Panor. cap. de tregua & pace,
Bart. Casaneus, & alij relati à Manu. Rod.
Imò sat est, quod isti actus fiant, scientibus,
& non cōtradicentibus auditoribus Regijs,
& Principis correctoribus, si lex sit civilis: &
si est Ecclesiastica, scientibus Nuntio Apo-
stolico, & ordinario, vel superiore, quibus
incumbit prædicta executioni mandare: ut
ait Burgos in l. r. Tauri, nu. 152. & 133.

Tertia conclusio. Non est necessaria no-
titia priuilegij in illo contra quem obtine-
tur, ad hoc quod suum effectum operetur.
Ita Bart. in l. omnes populi, q. 1. s. par. prin-
cipalis nu. 37. ff. de iust. & iur. Requiritur
tamen scientia eius in priuilegio; nisi op-
positum constet de voluntate concedentis.
Ita Cardi. in proœ. Clem. c. 1. de cōcessione
præbendæ, in 6. Bar. & communiter in l. pe-
nul. C. decurio. lib. 10. Imò si quis per se, vel
per alterū obtinet aliquod priuilegium, verbi
gratia, ne ab ordinario possit excommunicari,
statim bullato priuilegio, incipit habere
suos effectus: sic et priuilegiatus ignoret tale
priuilegium. Nam tunc iam concurrit volū-
tas Papæ concedentis, & voluntas priuilegiati
tale priuilegium acceptantis per

De interpretatione priuilegij.

se, aut per alterum. Ita Sylu. ver. priuilegium num. 14.

C A P. II.

De interpretatione legum, & priuilegiorum.

V.B. I. Quis possit leges, & priuilegia interpretari.

D Prima cōclusio. Iudicialis istorum interpretatio soli legislatori referuatur in cap. cum venissent de iudicijs. Et aliquando alijs à Papa commititur. Sicut interpretatio dubiorum emergetium circa Concil. Trid. commissi est Congregationi Cardinalium, quorum declaratio authenticata sigillo Congregationis, aut alio iuridico, obligat in conscientia, & in iudicio. Habet enim dicta Congregatio autoritatem declarandi ista dubia: maximē, quia consulit Papam, ut constat ex commissione sibi data relata à Mænu. Rod. in qq. reg. to. i. quæst. i i. art. i. quæ est Sixti

V. & talis est.

Congre-

*Congregatio octava pro interpretatione,
et executione Conc. Trid.*

DEo autem patri misericordiarum gratias agentes, qui in ecumenico Concilio Trident. Spiritus sancti lumine diffusso, Catholicam veritatem omnibus patefecit, hereses nostrorum temporum confutauit, mores, & disciplinam restituit. Eiusdēque Concilij decreta ab omnibus obseruari videntes: cum ad singularem Romani Pontificis authoritatem tantummodo spectet generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari, & ut ubique locorum seruentur curare, & præcipere, eorum quidem decrētorum, quæ ad fidei dogmata pertinent interpretationē nobis ipsis reseruamus. Cardinalibus verō præfectis interpretationi, & executioni Concilij Trident. si quando in his quæ dē morum reformatione, disciplina ac moderamine, & Ecclesiasticis iudicijs, alijsqué huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserint, interpretādi facultatem, nobis tamen consultis, impartimur, &c.

De interpretatione priuilegij.

Secunda conclusio. De doctrinalis declaratio
legū, & priuilegiorū licita est Doctribus,
& literatis, & iudicibus in tribunib[us] pro
comuni utilitate: iuxta tradita in Cōc. Trid.
se. 25. c. 2. de reform. Qui se p[er] epicheia
temperant legum rigorem iuxta præsupta
legislatoris interpretationem, ut docet Co-
ua. in regula p[ro]fessor. 2. p. §. 6. n. 2. Caiet. &
aliter communiter cum D. Tho. 1. 2. q. 97. &
2. 2. q. 6. a. 5. Scto. 1. de ius. q. 7. a. 3. Ethoc
ita expedit, maximè quando superior adi-
ri non potest pro interpretatione suæ legis.

Si obijcias, quia Pius. 4. in bullâ confirmationis Concilij, quæ incipit. Benedictus, &c. præcipit prælatis sub poena interdicti ingressus Ecclesiæ, & alijs sub excommunicatio-
ne ne commentarios, glossas, scolia, vñ v[er]e in-
terpretationis genus super ipsius Cōciliij de-
cretis quovis modo edere, vel statuere au-
deat, etiā p[re]textu maioris corroboracionis,
vel executionis ipsius Cōciliij. Ad hoc dico,
quod in hoc decreto nō vetatur facere an-
notationes, vel commentarios ad iuuandā
memoriam, sed ne fiant ista commentaria,
& scolia ad publicandum, sicut qui in pri-
munt libris eo animo, ut ad omnium noti-
tiā denati. Sic etiā Doctores licite in suis
libris

libris incidenter declarant aliqua decreta Concilij. Cu hoc non sit edere cōn.ētarios glossas,, &c. super decreta Concilij.

Dub. 2. Quis possit interpretari statuta, & priuilegia dubia religiosorum.

Prima conclusio. Archiepiscopi, & alij inferiores prælati illud non possunt. Ita concessit prædicatoribus, & minoribus Clem. 3. Bu. 13. & Pau. 5. in Bu. d qua infra, c. 3. du. 5.

Secunda conclusio. Genetales ordinum possunt interpretari omnia dubia occurrentia in ordine, regula, statutis, & consuetudinibus, & in omnibus alijs, vt potē in priuilegijs. Ita concessit Tertiariis Clemens. 7. Bu. 5. & Iul. 2. idem concedit etiam circa priuilegia. Ita in summa cōsti. prædica. 3. p. c. 25. & in istis potest moderari, seruato substantiali, & sano intellectu, ne disolutio sequatur. Ita concedit Eug. 4. Benedictini Valeo leti, vt habetur in istorū cōpē. cōce. 51. Item Iul. 3. viue vocis oraculo cōcessit magistro ordinis prædicatorū, qui tūc erat frater etefanus Vfusmaris, vt quæcūq; in capit. Romæ anno. 1553. per eum sint instituta, cōcessa, & approbata pro reformatione, & bono sui ordinis statu valida sint; derogando pro hac tantum vice omnia oracula, & lite-

De interpretatione priuilegij:

ras Papæ in contrarium. Ita habetur inter acta istius capituli. Et in virtute istius indul-
ti, in secunda declaratione dicti capituli sic
habetur. Declaramus nullum breve, vel ora-
culum Apostolicum esse ponendum in usu
in aliqua prouintia; nisi de licentia magistri
ordinis obtetum, & ab ipsa prouintia prius
petitum, vel saltim postea acceptatum. Et ac-
ta istius capituli sunt acceptata in eodem
anno. 1553. a prouintia Hispania in capitu-
lo Burgis celebrato. 22. Octobris.

Tertia conclusio. Difinitores capituli ge-
neralis possunt declarare, moderare, tolere,
mutare, ampliare ordinem, & directionem
officij diuini, & circa regimem ordinis, &
adere constitutiones quoties eis in capitulo
expedire videatur. Ita Alexand. 6. pro Be-
nedictinis Valeoleti, vt habetur in eorum
compen. conces. 69. & idem aduc Clarius, co-
cessit Eugen. 4. Bu. 5. Benedictinis. S. iusti-
nae, absque variatione tamen regulæ.

Quarta conclusio. Prior prouincialis de
consensu maioris partis capituli prouincia-
lis potest declarare, an sit abstinentum ab
usu alieuius viue vocis oraculi. Et post talē
declarationem non possunt subditi uti tali
concessione, ac si esset reuocata. Ita con-
ces-

cessit Leo. 10. inter viua ora.

Quinta conclusio. Vicarius generalis cum aliqua persona in dignitate constituta, & duabus iurisconsultis potest interpretari dubia circa leges, & priuilegia exorta. Et religiosi subditi possunt secure stare ipsis declarationibus. Ita concessit fratribus predicatoribus Hispaniæ. Innoc. 8. inter viua oracula.

Sexta conclusio. In rebus dubijs, & scrupulosis conscientias minorum tangentibus corum generales, prouinciales, & custodes cum consilio aliquorum patrum, si res sit magna importanter, possunt in his determinare: & istorum determinationi subditi secura conscientia, possunt & debent stare. Ita concessit minoribus Leo. 10. inter viua ora. nn. 14. Imo. Et n. 61. cōcedit, quod fratres nimis scrupulosi possint stare in omnib. dubijs declarationi, & determinationi sui guardiani, vel cuiusvis alterius prælati.

Ex dictis patet declarationem prælati in dubijs esse optimam ad quietandas timoratas subditorum conscientias. Et religiosus debet captiuare intellectum, tali declarationi acquiescendo. Iuxta D. Tho. & Caieta, 2.2.q.147.a.4. & Naua in manu. cap. 21.

n. 22. vbi ait imprudenter agere prælatos: qui dubitantibus subditis, an ad ieiunia teneantur, hoc suis conscientijs relinquunt. Et idem ait Caiet. de qualitate ciborum.

Dub. 3. An sint aliquæ regule prælegum, & priuilegiorum interpretatione.

Prima conclusio. Multæ à iuristis datur regulæ pro interpretandis legibus, & priuilegijs. Ex quibus communiores, & magis necessarias referram.


Prima, quod attendatur intentio legislatoris, quæ ex procœmio legis, aut priuilegijs indagatur. Procœmia enim ista causam finalem continent. Ita in cap. Marciom. 1. q. 1. & cap. sedulō, d. 3. 8. & cap. intelligentia, & cap. in his, de verb. signi. & in le. fin. ff. de he red. insti. & ibi Bart. bal. & Angel. Et huc videtur illa regula ab aliquib⁹ assignata, scilicet. verba legū, & priuilegiorū sunt intelligēda secundū id, ad quod principaliter proferuntur à legislatore. Et sic verba posita ad unū finem, in ordine ad illū sunt interpretanda. Ita in ca. intelligentia, & c. fin. de verb. sign. Et sic quādo in Cōcil. Trid. se. 6. c. 4. difinitur nos iustificari per gratiā, & charitatē in cordibus nostris diffusā, non intēditur nos iustificari per habitus infusos, sed quod non iustifi-

iustificamur ab extrinseco per non imputa-
tionē peccati: ut dicebat Lutherus, sed per
Internam renouationem.

Secūda regula. Vna scriptura declaratur
& per vnam partem eius, & per alias par-
tes o nniō ab ea separatas. Ita Agust. 3. de
doc. cap. 26. vbi ait, cum verba scripturæ a-
periūs in uno loco ponantur, ibi descendū
est, quomodò in locis intelligatu obscuriori
bus. Et in c. secundo requiris, de appellat. di-
citur. Vtriusqne iuris argumenta nos docēt,
ea, quæ in principio ad medium, & ad finē,
& quæ in medio ad finem, & principium se-
p̄ referri contingat. Quod sumat Bald. ibi,
his verbis, per media declarantur extre-
ma, & per vnum extremum declaratur
aliud.

Tertia regula. Voluntas legislatoris
à verosimili indigatur: ita in le. non est ve-
rosimile, ff de eo quod metus causa. Nam
qui arguit à verosimili, arguit à ratione na-
turali. Cum similitudo sit cognata naturæ:
vt ait Bald. cons. 180. n. 3. vol. 3. Et pro lege
habetur, vt ait Oldradus cons. 13. & Cra-
ueta consil. 292. n. 6. vbi refert cum qui ha-
bet verosimile pro se habere causā legis pro
se. Vnde verba generalia constitutionum

ad



De interpretatione priuilegij.

ad verosimilia extenduntur. Ista tamen regula deficit in legibus poenalibus. Nam postquam legum potius sunt molienda ex declaratione legum, quam exasperanda. Et sic primi casumi non excedunt. Ita in le. in his, ff. de condit. & demonstrat. Secus est in alijs legibus. Quia alie leges non poenales taliter pendent a ratione, quod ratio legis dicitur mens, & anima legis. Et sic Panor. in le. fin. de rescrip. & Bald. in le. non dubium, C. de legibus, dicunt, quod lex non est aliud, quam ratio eius: ita quod ubi illa eadem ratio inuenitur, ibi etiam eadem habeatur lex. At lex poenalis non pendet omnino a ratione, sed ex legislatoris voluntate, in quantum certam poenam decreuit. Quia licet ex recta ratione procedat, quod criminis puniatur, nulla tamen ratio cogit, quod tale crimen tali poena puniatur, sed hoc pendet ex sola legislatoris voluntate.

Quarta regula. Leges fauorabiles sunt ampliandæ, & odiosæ restringendæ iuxtam vulgarē. Et illa lex censetur fauorabilis, quæ principaliter intendit fauorem, licet ex consequenti in alicuius damnum cedat. Ita glo. in c. sciant cuncti, de elec. secundum Naua. lib. 3. conf. 32. de regu. de quo

Felin.in ca.non dubium,de elect. Et secundum hoc ,lex quæ excommunicat percursor res clericorum,est fauorabilis. Quia inten dit præcipue fauorem Ecclesiæ: licet sit pœnalis delinquenti.

Quinta regula. Lex taliter interprete tur,quod inutilis non reddatur. Ita in le. nō dubium,C. de legi. Et sic licet lex sit pœnalis,& consequenter stricte interpretanda, debet etiam ampliari,ne inutilis,& ridicula reddatur:& eius verba sunt propriè intelligenda, ut eius mens seruetur. Ita Sarmiento lib. I. selec. cap. 12. num. 7. & 8. Vnde licet in expositione legum pœnalium semper præsumitur pro parte per quā pœna visitatur, ut dicitur in le. proximè,ff.de his quæ intest. delin. non tamen quando casus est clarus,ut potè,quia si proprietas verborum importaret pœnam , staremus proprietati: ut dicitur in le. cum lege,vbi Aretinus,ff.de regul.iuris. Et confirmatur ex doctrina Panormit. in ca. I. de constitu. vbi ait, quod licet in dubio præualeat interpretatio legis, quæ est benignior;tamen plurimum debet attendi verborum proprietas.

Sexta regula. Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; nisi authori-

De interpretatione privilegij.

tate alterius legis. Ita Bart. in le. vnica, C.
quorum leg. Quia constitutio generalis per
aliam specialem limitatur. Ita Bart. in le.
quæ situm. §. fur. n. 12. ff. de fide instruc.

Septima regula. Lex non includit id, ad
quod mens, & ratio authoris non se exten-
dit. Ita in le. cum pater, §. dolo, ff. de leg. 2. &
Panor. in cap. suggestum, & in cap. memini-
mus, de appellat. Et in dubijs mēs principis
seper presumitur esse talis, qualis de iure de-
bet esse. Ut notat Bal. ex le. ex facto, not. 4.

Octaua regula. Verba legis intelligūtur
iuxta subiectam materiam: ut dicitur in ca.
cum intelligentia, de verbor. signifi. Vnde
quando Clemens 8. præcipit, quod infor-
mationes intrantium religionem fiant coram
notario: nō est necesse, quod sit notarius re-
gius, vel Apostolicus. Sat est enim, quod sit
notarius ordinis creatus à generali, vel pro-
vinciali, prout est cōsuetum in religionib^z.
Cōcessū enim est à Pio. 5. Bu. 12. generali, &
provincialibus ordinis prædicatorum posse
creare quinquē, aut plures religiosos sui or-
dinis ab eis approbatos, in notarios publi-
cos, pro intendendis mandatis, & rescriptis
Apostolicis publicis, aut priuatam utilita-
tem dicti ordinis concernentibus.

Secundus

Secunda conclusio. Aliæ etiam regulæ sunt specialiter pro interpretatione priuilegiorum.

Prima regula sit. Priuilegia recipiunt interpretationem à supplicatis. Cum mente eam supplicantis præsumitur; se conformare concedens. Ita in c. inter dilectos, §. cæterum, de fide instrumentorum cum glo. ibi.

Secunda regula. Quando priuilegium est obscurum, & contra ius, debet sibi ē interpretari: ut minus quā posset deroget iuri communi. Ita in cap. cum dilectus, de consuetud. Ut si cum illegitimo dispensetur ad ordines, intelligitur de ordinibus minorib⁹ tantum, secundum Panor. in cap. si quisquā, de cohabitac. cleri. & mulie. Silue. & Armi. verb. priuilegium. Imō si non exprimitur causa concessionis, vel non fit ex certa sciētia, vel motu proprio, nō præsumitur de voluntate principis, le. i. C. de peti. bono. Imō per importunitatē obtētū, per le. i. C. de fū dis limit. & vult Bal. & alij in c. licet causā, d^r prob. quod ponatur simul ex certa sciētia, & motu proprio. Et idem est de rescripto tolente ius tertij: vt de priuilegio ad beneficia: vt habetur in ca. quāeis, de preb. in 6. Et

De interpretatione priuilegij.

hoc: nisi consuetudo aliter interpretetur: v
notatur in cap. quod dilectio, de consang. &
affini. vel nisi verba aliud exprimant. Quia
ab illorum propria significatione non de-
bemus recedere ; nisi de mente aliter
constet , vt in cap. olim , & in cap. in his,
de verb. signifi.

Tertia regula. Priuilegium enormi-
ter ledens Ecclesiam, aut alios non valet: ni-
si fiat mentio de ista enormi lassione. Quia
in dubio non præsumitur principem conce-
dere aliquid cum alterius graui dispendio,
le. quoties, C. de præben. in per. offi. & Pa-
nor. in cap. cū ad hæc, de cleri. non refi. Vn
de priuilegium inmunitatis ab oneribus ali
cui cōcessum non liberat eum ab oneribus;
quæ potest leuiter, & breuiter expedire: vt
est casus in le. decurio, C. de decurio.

Quarta regula. Priuilegium largè sump-
tum pro omni concessio præter ius largissi-
mè interpretetur in præuditium conceden-
tis: strictè tamen si est in aliorum præudi-
tium. Ita in cap. quia circa, de priui. in gloss.
vlt. & Innocen. in cap. olim, de verbor. sig-
nific. sed non interpretetur ita strictè, quod
nihil operetur semper enim priuilegium de-
bet aliquid operari. Ita in cap. si Papa , de
pri-

priui.in 6.Et seruetur proprietas verborū.
 Quia quando in priuilegio sunt verba lata,
 vniuersalia,& præcissa,est latē interpretan
 dum seeuadum Anton.de Butrio in c.olim,
 de verb. signi. Et licet materia sit odiosa nō
 excluditur lata interpretatio, quæ ex pro
 prietate verborum nascitur:vt insinuat Pa
 nor.in dicto c. olim: vbi ait,quod priuilegiū
 latē est interpretandum;vbi verba hoc pa
 tiuntur,& quando priuilegium concessum
 persone,loquitur simpliciter,intelligitur se
 cundum conditionem personæ. Ita ca.si pla
 cuit,& ca.si viue. 16.q.1. Et quando cōstat
 de mente legis, vel priuilegij debet serua
 ri,secundum Panor.in ca. quanto,in gl.fin.
 In dubio recurrendum est aduerba. reg. fi
 na,de reg.iuriis in 6.

Quinta regula. Priuilegium latissimē in
 terpretetur,quantum fieri possit. De donat.
 cū dilectus,ff.de consti.princ.le. beneficia:
 nisi præjudicet iuri alieno. Quia tunc redu
 citur ad ius commune. Ita in ca.dilectus, de
 consue. s.penul.& fin.Dum tamen aliquid
 operetur. Ita Innoc. Bernar. Gofe. relati à
 Silii.ver.priuilegium.

Tertia cōclusio. Aliæ etiam regulæ solēt
 specialiter assignari pro interpretandis pri

de De interpretatione priuilegij.

uilegijs, & statutis regularium. Prima regula. Priuilegia dubia regularium dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex iuristarum interpretatione, in fauorem regularii sunt intelligenda. Ita concessit Caintaldulesibus Leo. 10. & Iulius. 1. Congregationi Montis Oliueti, ut habetur in compen. Societatis, ver. priuilegia, §. 4. & Alex. 6. Benedictinis Casinensisbus, ut habetur in istorum compen. conce. 49. Et haec regula notetur a regularibus pro decisione multorum dubiorum.

Secunda regula. Statuta regularium non ita rigurosè interpretentur, ut apices, iuris seruentur, sed ampliari debent ex bono, & a quo, hoc est secundum naturalem aequitatem, non adlibitum, sed secundum terminos iuris. Ut ait Bald. in rubr. C. de consti. pecu. quod humanæ aequitates in se vim statuti minime habent: nisi aliquo statuto, & consuetudine legitimè prescripta sint munitæ. Et sic, ait, debent interpretari, quæ ad regulares pertinent; non secundum apices iuris, sed ex bono, & a quo, secundum terminos iuris naturalis, & gentium, & non adlibitum cuiusque.

C A P. III.

De cessatione priuilegij.

DVb. i. An gratia, vel priuilegium concessum cesseret morte concedentis.

Not. quod gratia, aut priuilegiū duplicitē cōceditur. Primō, absolutē. Secundo, cū limitatione, ut potē, ad beneplacitū concedētis, aut eius dignitatis, vel donec illud reuocet. Itē, priuilegium, aut gratia, alia dicitur facta, quæ scilicet, perfectē conceditur ei, in cuius gratiā datur, & in dependenter ab eo cui facienda cōmittitur: alia dicitur gratia facienda, quando non conceditur ab solutē ei, in cuius fauore datur, sed dependenter ab alio cui facienda committitur: ut si in fauorem certar personar, cum qua dispensandam est, committitur alicui potestas dispensandi cum illa.

Prima conclusio. Gratia concessa cum limitatione, ut potē, ad beneplacitum personar cōcedētis, eius amotione spirat. Quia voluntas personar morte perit, & cōsequēter peribit gratia cōcessa, dū ea voluntas duraue

De interpretatione priuilegijs.

rit. Sicut etiam priuilegium concessum pro certo tempore cessat elapsi talis tempore; & priuilegium concessum ex certa causa cessat cessante causa, iuxta cap. suggestum, de decimis. Vbi habetur, quod priuilegium concessum de decimis non soluendis certis monachis cessavit, ex eo, quod postea creuerunt monasteria illius ordinis: & concessum fuit ex eo, quod cum a principio essent pauca monasteria illius ordinis, paruum praedium sequebatur his, quibus de iure competitabant. Ita Panorum cum communi in cap. cum accessissent.

Secunda conclusio. Gracia concessa etiam cum limitatione, sed ad beneplacitum sedis, vel dignitatis, scilicet, perpetuae, & honestis successorem non spirat morte concedentis. Quia cum dignitas sit perpetua, eadem reputatur in successore: & sic idem erit de gratia ad eius beneplacitum concessa. Ita in c. si gratiose, de rescript. in. 6. De quo Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 28. nu. 49. & 59. to. 3.

Tertia conclusio. Gratia absolutè concessa, si est gratia facta, non spirat morte concedentis, etiam re integra. Si tamen sit gratia facienda perit morte cōcedentie re integrā.

gra. Secus si res non esset integra. Patet ex cap. si cui nulla de præben. in 6. Vbi habetur, facultatem alicui concessam concededi beneficia, non spirare obitu concedentis, etiam re integra. Secus si detur potestas cōferendi personis expressis, non in gratiam, & fauorem, collacturi: sed eorum quibus beneficia conferenda sunt. Ea enim facultas spirauit morte concedentis re integra. Et glos. dat rationem ex textu deductam: quia in primo casu erat gratia facta, & omnino perfecta, nulliusque executione egens respectu eius, in cuius fauorem concessa est, scilicet respectu collacturi beneficia: at in secundo casu non erat gratia facta, sed facienda. Mādabatur enim fieri in cuius fauorem conceditur: & sic habet vim commissionis, & mandati, quod perit morte mādantis re integra. Ita colligunt, glos. Ancha. Bald. & alij quos refert & sequitur Sanchez nu. 64. Rose. & Sylu. ver. gratia, & Naua. in manu. cap. 27. n. 253. Et intelligitur primō, nisi sit gratia facienda sub nomine dignitatis concedentis, vel ad beneplacitum sedis. Tunc enim non perit morte concedentis, etiam re integra, cum sedes illa non moriatur. Secundo, nisi potestas executoris, cui

De cessatione priuilegij.

est facta commissio . sit accessoria gratiae iam facte . Tunc non spirat morte concedentis re integra : sed sequitur naturam principali gratie . Ita in cap . super gratiam de officio deleg . in 6 . de potestate data executori ad exequendam gratiam à Sede Apostolica concessam : & datur ibi dicta ratio . Et idem est de executori gratie ab alijs inferioribus concessae : cum sit eadem ratio . Tertio intel ligitur , licet gratia facta tempore mortis concedentis non esset acceptata ab eo cui est facta , non spirat . Sic Doctores quos refert , & sequitur Sanchez num . 43 .

Ex dictis sequitur primò . Licentiam de legatam audiendi confessiones non spirare , a mortuo , vel a moto deglante . Ita Freder . Ioan . Andr . Panor . & alij quos refert , & sequitur Sanchez nu . 80 . Ange . Rose . Sylu . Armi . Tabie . ver . gratia , & Naua . lib . 5 . cōs . 1 . de priuileg . Quia licet ista licentia sit data in fauorem pœnitentium ; cum non concedatur in fauorem personæ determinatae , aut ad eius petitionem , reputatur potius gratia facta ipsis sacerdotibus , & in fauorem eorum . Et sic statim ac illis conceditur est perfecte cōcessa , & a nullius executione dependent . Ethac ratione potestas dispensan di

di cum personis incertis, non spirat morte concedentis. Quia cūm in gratiam dispensatur, sit concessa, est gratia facta; ut in simili casu de potestate conferendi beneficia personis incertis dicitur in cap. si cui nulla, de præben in 6. Patet etiam ex vsu, mortuo enim Episcopo, confessores ab eo expositi audiunt confessiones sicut antea, donec licetia à successore, vel capitulo reuocantur.

Si arguitur, iurisdictio contentiosa cessat morte delegantis re integra. Quia deputatus non habet illam iure proprio, ac in se radicatam ante eius usum; sed ea est in delegante, & censetur una, & eadem cum delegantis potestate: quæ cum eius morte spirat, sed idem est in nostro casu, quando tali potestate uti non ceperat ergo. Cōfū natura licet iurisdictio vicarij sit ordinaria, spirat morte Episcopi, ex eo quod ab eo est participata, ergo a fortiori iurisdictio confessorū: cu sint quasi vicarij Episcopi. Ad hoc dico illam non esse rationē adæquatam; sed supposita dispositione iuris statuentis iurisdictiōnē delegatam contentiosam spirare morte concedentis re integra, Doctores tradunt illam congruentiæ rationē. Quæ nō est applicanda his, in quibus est contraria iuris dispe-

De cessatione priuilegij.

dispositio: ut contingit in gratijs iam factis,
inter quas computatur licentia audiendi
confessi ones. Secundo dico, quod cum iste
gratiæ a tempore concessionis sint iam om-
nino factæ, transferunt ex tunc efficaciter
potestatem in delegatum. Ad confir. dico
Episcopum, & eius vicarium constituere v-
num, & idem tribunal: Et ita re etiam non
integræ perire potestatem vicarij cum mor-
te Episcopi copi.

Si in guitar secundo, quia cap. super gra-
tiam. d e offic. deleg. in 6. & cap. si cui nulla,
de p. 17. b. in 6. agunt de gratijs à Papa con-
cessi is. Qui ob supremam potestatem potest
pri ailegia perpetua concedere. Non sic au-
te in Episcopus, vel aliis. Ob hoc, tenet op-
p. situm Palud. in 4. d. 17. q. 4. art. vlt. D. An-
to. n. 3. p. tit. 17. c. 9. & Nau. in su. Hispana, c.
2. 7. nu. 264. solūm excipit quando nomine
d ignitatis delegantis concessa esset. Sed ad
hoc dico, idem etiam esse de gratijs conce-
ssis à Pape inferioribus. Nec dicti textus ini-
tūtur supreme potestati Papæ, sed eo quod
ille gratiæ factæ iam sunt, que non percunt
nō rite concedentis. Ut enim colligitur ex
cap. si cui nulla, de præb. gratia absoluta, &
si nō e temporis limitatione concessa, nō spi-
rat

rat morte concedentis re integra. Si tamen sit gratia facienda perit morte concedentis re integra. Secus si res non esset integrâ. Quæ verificantur de licentijs Episcopi pro audiendis cōfessionibus; cum inter gratias factas computentur. Et idem est de licetia data alicui absoluendi à reseruatis. Ita Sa, ver.gratia,&c Suarez de pœnit. disput. 26. sect. 3. num. 9.

Secundo sequitur, licentiam datam sacerdoti audiendi confessionem pœnitentis determinati, & in illius fauorem spirare morte concedentis re integra, hoc est, quo ad confessionem nondum ante mortem incep tam. Quia cum ista gratia sit concessa in istius pœnitentis fauorem, & nondum perfecta, sed per confessorem exequenda, nō habet rationem gratiæ factæ, sed gratiæ faciendæ: quæ morte concedentis, re integra, spirat.

An verô licentia data à prælato, vel ab alio valente eam iure ordinario concedere alicui eligendi confessorem spiret morte concedentis. In hoc Panorm. Angel. Sylu, Cord. Felin. & alijs citati à Sanchez tenent quôd sic. At Sanchez. nu. 74. & 75. tenet nō spirare morte concedentis, etiam re integra.

Quis,

De cessione priuilegij.

Quia, ait, ista facultas non tanquam delegatio, sed tanquam gracia facta reputatur, ut etiam contrarij sententur. Alias, etiam si esset à Papa concessa periret. Et patet, quia in hoc casu non datur directe facultas confessori, sed pœnitenti; & consequenter confessori eleete indirecte: & sic statim ac conceditur, censetur gratia absoluta, & perfecte facta respectu pœnitentis cui conceditur.

Si arguitur, iurisdictio non datur sacerdoti eligendo quo usque actu eligatur: at quando eligitur non potest ei dari iurisdictio ab Episcopo mortuo, nec à pœnitente, qui sollet esse laicus ergo. Ad hoc dico quod datur à concedente licentiam, cuius virtus moraliter manet in priuilegio, vel gratia ita concessis. Quia concedens istam facultatem ex tunc transtert iurisdictionem in alium, quantū est ex efficacia voluntatis, quam tūc habet; quæ dum non retractatur à concedente, vel successore, sat est absque noua voluntate: & sola applicatio quasi materialis ad talem personam deest; quæ sufficienter fieri potest virtute priuilegij permanētis. Ista est sententia Nauar. in cap. placuit nro. 162. de pœnit. d. 6. Manu. Rod. in qq. reg. to. 2. q. 46. art. 8. Enriq. to. 1. li. 7. ca. 21.

nu. 9. Suarez de pœni. disp. 27. se^t. 4. n. 8.
& 9. Sa, ver. gratia, nu. 4. & alij quos refert
Sanchez, loco citato.

Tertio sequitur, licentiam celebrandi in priuato oratorio concessam ab Episcopo non spirare eius morte: cum sit gratia facta. Ita Nauar. ex decis. Rotæ in cap. placuit, n. 163. de pœni. d. 6. Et idem est de licentia faciendi, alias, vetita: ut comedendi carnes, non iejunandi, aut prædicandi. Iste enim sunt gratiæ factæ. Ita Naua. lib. 5. conf. 6. de priui. Item non spirat facultas dispensandi cum personis incertis, & indeterminatis. Quia cum in gratiam dispensatur sit cōcessa; censetur gratia facta; ut in simili de potestate cōferendi beneficia personis incertis statuitur, in cap. si cui nulla, de præben. in 6. Cum enim hæc non sit potestas ad iurisdictionem contentiosam exercendā, numeratur inter gratias factas. Ita Fred. Ioan. Andr. Panor. Felin. & alij quos refert, & sequitur Sanchez num. 80. Angel. Rose. Sylu. Armi. Tabie. ver. gratia, & Nauar. in man. c. 27. n. 253. Idem etiam dicendū de licentia testandi concessa Episcopo monacho, est enim gratia facta. Ita Couar. Naua. Enriq. Gutier. & alij quos refert & sequitur Sanchez

Sanchez num. 82. Et ob eandem rationem idem dic de dimissorijs ad ordines concessis ab Episcopo, capitulo, vel prælatis religionum. Ita Doctores cit. & Ledesm. cap. 8. de ordine. Item, licentia ad omnia concessa à quouis superiore absolutè, & non ad certū usum temporaneū, vel ad certum tempus, sunt perpetuæ: dum à concedente, successore, vel superiore non reuocantur. Cum sint gratiæ factæ. Ita Panor. Cardi. & alij quos refert & sequitur Sanchez, nu. 85.

Et intellige prædicta stando in iure communis, & seclusis peculiaribus statutis aliquius status, aut religionis: quæ semper erunt seruanda. Sicut in religione Seraphica inter acta capituli generalis Toleti celebrati anno 1583. cap. 6. §. de casibus reseruatis habetur, quod gratia alicui à generali, vel provinciali concessa pro absoluendo à casibus reseruatis non spirat mortuo concedente, si aliud eius loco non sit electus. Itaque secundum hoc, quando aliud concedentis loco sit electus, spirat.

D V B. 2. An priuilegium cesset per non usum, aut renuntiationem.

Prima conclusio. Priuilegium concessum Ecclesiæ, cessat per non usum quadraginta

ginta annorum, secundum Innocen: 3. in cap. accendentibus de priuile. Et contra Ecclesiam Romanam est necessaria præscriptio, seu non usus centum annorum.

Secunda conclusio. Contra monasteria, loca, personas, vel alia bona religiosorum non currit præscriptio non usus nisi post 60. annos. Ita concessit Benedictinis Eugen. 4. Bul. 7. Imo Bul. 17. concedit Benedictinis Romæ, quod sicut contra Romanam Ecclesiam non nisi centenaria currit præscriptio; ita dicto monasterio minoris temporis præscriptio non obsistat. Et iam hoc priuilegium est ad totum ordinem extensum, ac alijs ordinibus communicatum, iuxta dicenda: c. 4.

Tertia conclusio. Priviliegium concessum personæ priuilegiæ cessat per non usum decem annorum iuxta l. 1. de nundinis, & Bald. in l. omnes populi, ff. de iurisdictione Armi. ver. priuilegium. Et idem tenet Bart. cum communione de priuilegio concessso communitati in cap. cum accessient, secluso, scilicet, priuilegio circa hoc, & stando in iure communi.

Quarta conclusio. Ut currat dicta præscriptio requiritur. Primò, quod habeatur notitia talis priuilegij, & voluntas non utendi

De cessatione priuilegijs:

illo. Secundô , quôd occurrat casus de quo loquitur priuilegium infra tempus talis præscriptionis. Aliâ: si non occurrat, non amittitur priuilegium.

Quinta conclusio. Non potest Provin-
tialis renuntiare priuilegio ordini cõcesso.
Ita Sylu. & Arni. ver. exemptio. Et patet
ex cap. cum tempore , de arbitri. vbi dicitur,
exemptum non posse renuntiare, quando,
scilicet, cedit non tantum in suum fauorem,
sed etiam in fauorem aliorum. Et in consti-
ordinis prædicatorum.d. 1. cap. 18. impo-
nitur poena grauioris culpæ renuntianti ali
cui priuilegio ordini concessio sine assensu
capituli generalis. Et ibi dicitur, quôd renu-
tiatio sine tali licentia facta, est nulla.

Sexta conclusio. Quando Papa confir-
mat aliqua priuilegia hoc tenore , scilicet,
quatenus sunt in vsu , hoc est quæ adhuc
sunt in vsu ; per ista verba fit , quôd si
sint aliqui anni transacti pro præscriptio-
ne contra talia priuilegia , incipiât denouo
priuilegia ex instanti talis confirmationis:
ac si tunc denovo concederentur: & sic an-
ni transacti nil deseruiunt præscriptioni. Ita
Cord. in addi ad compen.tit.absolutio , quo
ad sœculares. 2. uersu , quôd ad §. 15. Item

si in confirmatione priuilegiorum addatur ista verba, scilicet, denouo concedimus, intelligitur de priuilegijs alias non reuocatis. Ita declarat Iulius 2. bul. 9. Nisi alias addatur ista verba, scilicet, non obstantibus reuocationibus Apostolicis: tunc enim per ista verba viuificantur, & denouo conceduntur, etiam priuilegia reuocata. Ita Cord. & Panorm. in cap. cum super, de causa pos. & & propri. Rose. tit. absolutio. 1. §. 122. & 123. & multi Doctores Salmantini ita determinarunt, ut testatar Manuel. Rodr. in qq. regul. tom. 1. quæst. 8. art. 2. Altas illa verba, non obstantibus reuocationibus Apostolicis, &c. nil operarentur. Cum tamen verba posita in literis Apostolicis aliquid debeant operari, vide ca. 5. dub. 4. in fine.

D V B. 3. An priuilegiū cesseret per usum contrarium.

Prima conclusio. Stando in iure communni priuilegium cessat unico actu contrario directe factō à habente potestatem renuntiandi priuilegio. Sic enim censetur ille renuntiare. Nisi alias fiat protestatio in contrarium, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam, in leg. 1. C. de his qui spon-

De cessatione priuilegij.

Et intelligitur conclusio. Primo de priuilegio habente aetum non entaneum, sicut in casu cap. cum accessissent, de constitut. Si ei im: alicui Ecclesiae conceditur non habere primicerium; & canonici contraueniant huic priuilegio eligendo etiam semel primicerium: amittitur illud priuilegium. Non ramen intelligitur conclusio de priuilegio habente aetum successuum. Ut si conceditur alicui priuilegium non solueri decimas, aut alia tributa, semel illa soluendo, etiam sine protestatione, non amittitur priuilegium. Ita Bart. in leg. fin. infra de consti. principum, & Alexand. cons. 193. qui citat Bosium in praet. crim. tit. de princ. & priu. nu. 320. Vbi etiam aduertir, quod siue priuilegium consistat in faciendo, siue in non faciendo non amittitur, quando potest capi alia conieatura, qua cor iatura rei untiationis priuilegij, secut dū glo, cōmunitate receptam in cap. cum illorum, de præbend. Secundo intelligitur conclusio de priuilegio concessso persone priuate, non de concessso cōmunitati, aut Ecclesie. Ita Armi. ver. priuilegium ex glos. in c. cum accessissent. Etsi obijcias quia decisio istius cap. cum accessissent, procedit de priuilegio non eligendi

pri-

primicerium concessio canonicis Ecclesiae
Tuliensis: quod tamen ibi decernitur amittit
per unam contrauentionem. Ad hoc dico,
quod hoc priuilegium non est datum fauore
Ecclesiae, sed fauore, & intuitu personarum,
& sic amittitur una contrauentione.
Ita ibi in glof.

Secunda conclusio. Priuilegia religiosorum
non amittuntur per unam, aut plures
contrauentiones. Ita concessit Benedictini
Eng. 4. bul. 9. & Celestinis bul. 11.

D V B. 4. An priuilegia cessent per reuocationem.

Prima conclusio. Affirmativa, & omnibus certa. Not. tamē quod quando gratia, seu
priuilegium concessum reuocatur, non spirat
ante certificationem de reuocatione: nisi
quando Papa vellit expressè statim non va-
lere. Ita Sylu. ver. gratia, & Gemini cap. 1.
de concessione præben. in 6. & iuxta dicta
cap. 1. dub. 3. Secundo not. quod gratia iam
facta, seu dispensatio, aut priuilegium non
tollitur per legem contrariam sequentem,
etiam si effectus pendeat à futuro euentu.
Sicut forma data pro testamentis faciendis
non comprehendit testamenta iam facta;
sic et non sunt sortita effectum. Præterita

De cessatione priuilegijs.

enim perfecte acta non tolluntur per dispositionem sequentem, etiam si effectus eorum pendeat a futuro euentu. Ita Naua.lib. 4.conf. 1.tit. qui filij sunt legi cum Panor. Imola, Felin. & Bart.

Secunda conclusio. Priuilegia regularium non reuocantur per generalem reuocationem omnium priuilegiorum. Quia cum ista ob merita concedantur, non reuocantur: licet in reuocationibus verba generalia, & geminata ponantur. Ita Mandos. in reg. Cance. 3.q. 8. num. 6. Secundò, Leo 10. inter viua ora. num. 19. concessit minoribus die. 15. April. anni 1516. quod per reuocationem omnium priuilegiorum etiam mendicantium, non intelligantur reuocata, vel suspensa, priuilegia, indulta, vel gratia minorum: nisi de illis fiat expressa mentio specificè, & nominatim. Et ista concessio saltim quoad illa verba specificè, & nominatim, tantum verificantur respectu reuocationum priuilegiorum mendicantium ab eodem Leone promulgatarum, non respectu Pontificum successorum. Iuxta modo dicenda.

Tertia conclusio. Ad hoc quod regularium priuilegia reuocentur, non est necesse, quod illo-

illorū si sit expressa mētio de verbo ad verbum, licet hoc in eorū concessionibus aliquādo postuletur. Sat est enim quōd eorum fiat mētio subquauis forma generali. Et iste est stylus Curiæ, nec in ullis ferē reuocationibus priores literæ inferuntur. Nisi fortē aliquando ad abundātorē cautelā. Alias si hoc esset necessariū, manus Pontificum essent ligatæ ad reuocandū concessa à suis prædecessoribus. Cum sit moraliter impossibile omnia scire, ad hoc, quōd in literis reuocatorijs priores literæ inferantur. Ita Armī. ver. priuilegiū. Et idem ait de testamētis reuocātibus aliqua ex prioribus testamentis.

D V B, 3. An priuilegia regularium reuocata a Leone 10. aut ab alijs sint postea reualidata.

Prima conclusio. Leo 10. in Concil. Lateran. anno 1516. die 19 Decēb. (& referatur à Manu. Rod. in buliario bul. 45. inter bullas Leonis) reuocat aliqua priuilegia regularibus antea cōcessa. Primō, Alexan. 4. bul. 25. concesserat, quōd pæcta, & conuentiones factæ in præiuditiū ordinum, & suorum priuilegiorū cum prælatis, rectoribus, & clericis Ecclesiarū, aut cum alijs sint irritar, sive licentia generalis, vel prouincialis

221
De cessatione priuilegij.

facta, aut nisi acceptentur à generali, aut à capitulo generali. Ita etiam concessit Honorius 4. bul. 1. Et licet hoc sit postea recatatum à Bonifa. 8. tamen post hæc Iulius 2. bul. 26. declarat nullas esse transactiones, & concordias super funeralibus, & quartis, etiam si fiant cum licentia prouincialis, vel vicarij generalis, sine cōsenſu generalis, vel capituli generalis, aut sine confirmatione eorundem, sed in bul. 45. prædicta Leo. 10. statuitur pacta, & cōventiones factas inter religiosos, & prælatos, atque curatos valere: nisi per sequens capitulum generale, vel prouinciale refutentur, & talis refutatio sit debito tempore intimata.

Secundo, statuitur presbyteros sacerdotes in Ecclesijs regularium deuotionis causa celebrare, & quod regulares libenter eos recipiant. Tertio, contra eis concessa in extraua intercunctas, quod religiosi non intrent processionaliter, cum Cruce in alienas parochias ad leuanda corpora defunctorum in suis domibus sepelienda. Nisi ubi de hoc sit consuetudo. Vel nisi clerici requisiti ad deferendum corpus, id facere recusent, ut etiam concesserat Sixti 4. inter viua ora. Quarto, quod

quod non possint religiosi absoluere laicos,
& clericos a sentijs ob hominæ latis. Sed de
hoc cap. 7. dub. 1.

Quintò, quod religiosi ordinandi possint
per ordinarios examinari, & per eosdem si
competenter respondeant liberè admitti.
Ac in eorum domibus ab alio, quam a diœ-
cesano Episcopo (nisi ipso, aut eius vicario)
super hoc cum debita instantia requisito, &
sine causa rationabili contradicente, vel eo
a diœcesi absente) ad dictos ordines nō pro-
moueantur. Sed de hoc c. 8. dub. 1.

Sexto, quod Ecclesiæ, aut altaria religio-
rum consecrantur, & benedicantur ab E-
piscopo diœcesano: nisi bis, vel ter requisi-
tus cum debita reverentia, & instantia ve-
nire recuset. Et sic manet reuocata bulla. I.
Vrb. 2. & bu. 5. Innoc. 8, concessi Abbati
Cister. & cōmanicata à Greg. 14. bu. 3. alijs
Abbatibus dicti ordinis: quibus poterat præ-
tati regulares Ecclesiæ altaria etiam de no-
nā constructa, translata, restaurata, aut mu-
tata, chrismate sacro ab aliquo antistite Ca-
tholico recepto consecrare. De quo cap. 5.
dub. 9.

Septimo, quod non possint religiosi sine
consensu curatorum sponsos benedicere.

De cessatione priuilegij.

Octauo, quod religiosi sub pœna centum
ducatorum non pulsent campanas in Sabba-
to santo, antequam campana Cathedralis,
vel Matricis Ecclesiæ pulsetur. Et nomine
Matricis Ecclesiæ intelligitur Ecclesia Ca-
thedralis, ut habetur in cap. venerabili, de
verbis signi. Nono, quod religiosi moneat
seculares, ut soluat decimæ. Decimo, quod
coſeruatores religiosorum sint in dignitate
Ecclesiastica constituti, nec ullum reum tra-
hant ultra duas dietas à loco suæ solitæ habi-
tationis. Sed de hoc dicemus, cap. 10. dub. 1.
& 5. Undecimo, quod excommunicati ob ali-
quod interesse ordinem mendicantium in-
trare volentes non possint absolui; nisi præ
via satisfactione. Procuratores etiam, opera-
rii, & famuli religiosorum subsint senten-
tijs excommunicationis Episcoporū. Sed de
hoc cap. 5. dub. 4. Duodecimo, quod fratres,
& sorores tertij ordinis, mantelati, corrigia-
ti, pincocheræ, cordelati, & alij quouis nomi-
ne nuncupati in proprijs domibus habitan-
tes, scilicet, qui nec tria essentia alia religio-
nis vota, nec etiam votum simplex casti-
tatis emitunt, non gaudeant priuilegijs colle-
gialiter viuentiū, & castitatem youētiū. Et
post hęc idē Leo. 10. Bu. 44. apud Manu. Ro-
drig.

drig. quæ est posterior quam dicta Bulla. 455
vt patet ex eorum datis: ista magis declarat
sic, quod dicti fratres, & sorores licet possint
eligere sepulturam vbi vellint, tenentur ta-
men Eucharistiam in Paschate, extremam
unctionem, ac alia sacramenta, præter poe-
nitentiam, à proprio sacerdote recipere. Et
tenentur ad alia onera laicorum, nec sunt
admittendi ad diuina, quādo interdicto cau-
sam, vel dantibus causam dederunt auxiliū
confilium, aut fauorem. At collegialiter vi-
uentes, ac mulieres virginalem, seu celibē,
aut castam vidualem expresso voto, etiam
simplici, vt ibi declaratur, & sub dicto habi-
tu vitam ducentes, priuilegijs quibus fra-
tres ordinis, cuius tertiae regulę habitum ges-
tant, gaudere debent. Prout in Conc. Late-
ran. continetur, etiam si habitent in pro-
prijs, vel consanguineorum domibus. Et de
istorum priuilegijs vide infra cap. 4. concl.
1. in fine, sed Manu. Rod. in qq. reg. to. 5. q.
73. a. 1. refert Pium. 5. Bu. 36. & Grego. 13.
Bu. 1. hoc limitasse pro tertiaris cum trib⁹
votis solemnibus collegialiter viuentibus:
tamen in ipsis Bullis, & si ipsis tertiaris di-
cta priuilegia conceduntur, non tamen de-
negantur alijs ibi. Imo vt refertur in summa
consti.

111 De cessatione priuilegij.

consti. tertiarorum ordinis prædi.c.7.congre
gatio Cardi. declarauit, tertarios voti sim-
plicis, etiam in proprijs domibus habitates,
iuxta declarationem Leo. 10. potiri dictis pri-
uilegijs, siue, & tertarij collegi liter viuen-
tes. Sed ad hoc stetut consuetudini.

Vltimô in dicto Bu. 45. statuuntur alia quæ
postea in Conc. Trid. iterū reuocantur, ut di-
cemus ib. 6. Primô, quod Episcopi possunt
visitare Ecclesijs Parrochiales monasterijs
vinitas. Secundo, quod religiosi ab Episcopis,
& prelatis requisiti vadat ad processiones so-
lemnes. Tertio, qualiter religiosi debeant
ordinarijs præsentari pro confessionibus
secularium audiendis. Quartô, quod suis
tantum famulis dum durant in eorum obse-
quio (cum limitatione dicenda dub. 6.) pos-
sint viaticum, poenitentiam, extremam vu-
tationem ministrare. Quinto, quod tenean-
tur publicare, & seruare in suis Ecclesijs cœ-
furis ab ordinario in eius Ecclesijs promul-
gatas: quando ab eisdem ordinarijs sint re-
quisiti. Prædicta omnia statuuntur in dicta
Bula reuocādo cōtraria priuilegia religioso-
rum. Et de istis debitur, an adhuc modo sit
reuocata. Et nō procedit dubium de modo nu-
meratis in Cōcilio Trid. iterū reuocatis: de
hīs

his enim, ac de alijs ibi reuocatis dicetur du
bio sequenti, sed de solis reuocatis, aut mo-
deratis in dicta bulla 45. aut alibi.

Secunda conclusio. Aliqua ex priuilegijs
in dicta bullæ reuocatis, sunt postea à Po-
tificibus successoribus, iterum religionibus
concessa in toto, vel in parte, ut notabimus
in suis locis.

Tertia conclusio. Certis imum puto es-
se, iā reualidata priuilegia à Leo. 10. in Bu.
45. prædicta & alia extra Cœci. Trid. reuoc-
ata. Et ad hoc moueot nō prepter rationes
Man. Rod. quibus in qq. reg. to. 1. q. 8. tenet
& probat istam sententian, sed ex eo, quod
multi Pontifices post Leonē diuersoruū ordi-
nū priuilegia cōfirmarūt: excipiēdo tatum
quæ per nō usū sunt reuocata, & quæ sunt
cōtraria decretis Cœc. Trid. ac sacris Canoni-
bus eiusdem, scilicet, Concilij Trident. cū in
illo decreta, & canones continuantur. Sic
confirmat Greg. 13. Bu. 1. priuilegia mino-
rum. Eodem etiam tenore confirmat idem
Greg: Bu. 10. priuilegia Cisterciensium: &
Bu. 13. priuilegia sancti Hieronymi Iesua
torum: & Bul. 14. priuilegia Miliæ sancti
Iannisi: & Bu. 15. priuilegia Præmonstrat-
enu: & sic de alijs. Et excipiēdo tantum quæ

De cessatione priuilegiij.

non sunt in vsu, & quæ sunt contraria Concil.
Trid. firmat magis nostram conclusionem.
Nec valet dicere, quod dicta priuilegia erat
reuuocata saltim per non usum: quia ad ista
reuuocationem per non usum, ut constat ex
dubio tertio, est necessarius non usus cen-
tum annorum: quos certum est non transi-
se à reuuocatione Leonis usque ad primam
confirmationem dictorum priuilegiorum
post Leo. Imo nec sexaginta. Item per hoc
quod Concilium Trident. reuuocat aliqua ex
priuilegijs reuuocatis in dicta Bulla Leo. 10.
virtualiter insinuat, & vult alia non esse re-
uuocata, sed in suo robore permanere: sicut
ex eo, quod apponendo Pius. V. in suo pro-
prio motu de censibus aliquas conditiones
ex appositis à Martino. 5. Et Calisto. 3. in
suis decretis de censibus omittendo alias, col-
ligunt Theologi istas conditiones omissas
à Pio. 5. non esse iam necessarias pro cen-
sibus.

Tandem ista cōclusio, efficacius com-
probatur, tum ex quadam Bulla Pauli. 5.
quæ incipit: Ad perpetuam rei memoriam.
Data Romæ. 1. die Decemb. anni. 1609. vbi
confirmat, & innouat, tam pro foro consciē-
tię, quam pro foro externo, omnes gratias,
indul-

Indulgentias, priuilegia, &c. minoribus, etiā per communicationem cum alijs ordinibus, concessa: ac etiam à Clem. 8. ex certa scientia antea confirmata, non excipiendo priuilegia, quae non sunt in vſu, sed illa tantum quae aduersantur decretis Concilij Trident. Et saluis etiam decretis ab eodem Clem. 8. concessis in fauorem fratrum reformatorum. Tum etiam adhuc fortius ostenditur conclusio ex quibusdam literis monitorialibus Auditoris Cameræ Apostolicæ ad fauorem, & pro manutentione priuilegiorum ordinis prædicatorum incipientibus. Ioannes Dominicus Spinula, datis Romæ die. 11. Octob. anni. 1612. Vbi fidem facit, Paulum 5. ad instantiam procuratoris generalis dicti ordinis manutenere, & velle in suo robo re manere omnia priuilegia quomodolibet à prædecessoribus, etiam per viam communicationis. dicto ordini concessa. Et præcipit ordinarijs, & omnibus alijs sub grauissimis censuris excommunicatione, suspensione, &c. ne eos impediāt, quominus eisdem priuilegijs, gratijs, immunitatibns, & exceptiōnibus vt valeant. Et signanter manutenet priuilegium Iul. 5. die. 10. Iulij anni. 1551. in quo amplissimam facit communicatio-

nem

nem ordini prædicatorum priuilegiorū omnium ordinuum, &c. & est Bulla. 3. relata infra, cap. 4. conclus. 1. Et specialiter communicat dicto ordini omni. priuilegia congregationis. S. Manæ Fulienlis concessa, in quibus inter alia ab ordinario exintitulatur, & immediatè Sedi Apostolicè subduntur, & à decimarum, taliarum, & exactiōnum aliariū solutione liberantur. Itē, ibi, tollitur ab omnibus facultas interpretandi illorū priuilegia & soli Papæ istorum interpretatio reseruantur. Deinde præcipitur, ne quis per se, vel per alios audeat istos religiosos, cōuentus, Ecclesiás, domos cōtra formā dictarum literarum Apostolicarum molestare, vexare, vel perturbare, aut in eos aliquam iurisdictionem ullo prætextu exercere, visitare, punire, corriger, seu emendare, aut de redditib⁹, & bonis conuentus fratrum, & monialium, aut receptis, & expositis eorumdem aliquā exigere rationem, &c. hęc & alia communicat Paul. 5. in ista Bulla ordinis prædicatorum. Et tam ista, quam omnia alia ab alijs Pontificibus concessa sine exceptione aliqua vult in suo robore permanere. Vbi nota, quod licet in hac bulla, sicut, & in Bu. 26. Greg. 13. vbi priuilegia Societatis Iesu

confirmantur, non excipientur priuilegia contraria Concilio Tridētino tamen ex isti lo Curia Rōmanā semper ista priuilegia intelliguntur excepta. Ut testantur Nauz. & alij curiales.

Dub. 6. An priuilegia regularium à Concilio Tridētino revocata, adhuc sint etiam profōro conscientiæ revocata.

Prima conclusio. In Concilio Triden. multa de c r e t a statuuntur expressè revocando priuilegia regularium contraria dictis decretis. Primum, i. sessione 5. cap. 2. de refor mat. præcipit religiosis ne prædicent, etiam in suis Ecclesijs, sine superiorum approbatione: & cum ista approbatione Episcopo se præsentent: & ab eo benedictionem petant. Et quod in Ecclesijs, quæ non sunt suorum ordinum non prædicent si ne Episcopi licentia, nec in Ecclesijs suorum ordinum prædicent contradicente Episcopo. Sed de hoc dixi, libro. I. cap. 7. dub. 2. Secundō ibidem dicitur, quod si prædictor quis errores, vel scandalū disseminet, etiam in suo monasterio, Episcopus ei prædicationem interdicat. Et si hæreses prædicet, secundum iuris dispositiōne m, aut loci constitutionem procedat. Licet

De cessatione priuilegijs.

prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætendat. Tertio, in se. 14.c. 11. dicitur, quod nullus superior regulariū, etiam vigore cuiusvis facultatis, religiosum alterius ordinis ad habitum, vel professionē admittat: nisi in ordine ad quē transfertur sub obediētia superioris in clauso perpetuō viuat. Et sic translatus, etiam si sit canonicus regularis, ad beneficia etiam curata incapax existat. Quartō, in se. 22. de creto de obseru. in Missa præcipitur Episcopis, vel alijs ordinarijs, ne patiantur Missam celebrari, etiam à regularibus in domibus priuatis: atquè omnino extra Ecclesias, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda. Sed de hoc dicitur, cap. 5. dub. 7. Quintō, in se. 23. cap. 10. dicitur, quod non liceat Abbatibus, aut alijs quātūuis exēptis, infra fines alterius diœcesis, vel subditis alterius, sed tantum suis regularibus tonsuram, & ordines minores conferre. Sexto, ibi c. 12. dicitur, quod nullus ad subdiaconatum ante vigesimū secundū ætatis annū, nec ad diaconatum ante 23. nec ad præsbyteratum ante 25. promoueatur, etiam si sint regulares quo reuocatur priuilegiū Benedicti. 13. cōceden-

cedentibus Benedictinis Valeoleti posse in
aetate. 22. annorum ad omnes sacros ordines
promoueri, ac in eis ministrare. Ita in com-
pen. Benedicti. concess. 4. Nec sine diligen-
ti examine ordinantur isti, non obstante
quouis priuilegio quo reuocatur contrariū
priuilegium Eugen. 4. pro Benedictinis. S.
Iustinæ Bu. 1. & Sixti. 4. Bu. 33. pro prædi-
catoribus. Septimo, ibi, cap. 13. dicitur,
quod nemini, etiam regulari, duo sacri or-
dines eodem die conferrantur vide cap. 8.
dubio. 1. Octauo, ibi, cap. 15. dicitur, quod
nullus etiam regularis audiat confessores
sæcularium etiam sacerdotum, nisi sit paro-
chus, vel ab Episcopo per examen ac vi-
deatur, vel alias idoneus iudicetur, &
approbationem, quæ gratis detur, obti-
neat. Et in omnibus prædictis expressè
reuocatur regulariū priuilegiavit ibi pater.

Nono, in session. 25. multa præci-
piuntur regularibus reuocando eorum pri-
uilegia in contrarium. Primo, in cap. 21.
dicitur, quod religiosi non habeant bonar-
immobilia, imo nec mobilia ut propriæ,
vel nomine conuentus; sed conuentui in-
corporentur, & superiori tradantur. Sed
de hoc dixi, lib. 1. cap. 3. dubium. 2. Se-

De cessatione priuilegij.

cundo, in cap. 3. præcipitur, quod non fundetur conuentus sine Episcopi licentia obteta. Sed de hoc, ca. 9. dub. 1. Tertio, in ca. 5. vetatur ægressus monialium à conuentu, & ingressus ad eas. De quo dixi lib. 1. c. 5. dub. 2. & 3. Quarto, in c. 6. ponitur modus seruādus in electionibus, scilicet, per vota secreta, & nō supplendo absentiū voces. Quinto in c. 7. ponitur modus seruādus in electione prælatę monialium, scilicet, quod eligatur non minor annis quadraginta: & quæ octo annis post professionem expressam laudabiliter vixerit. Et si nulla talis in conuentu reperitur, ex alio conuenta eiusdem ordinis eligi potest. Et si hoc incommodum præsideti electioni videatur, ex his, quæ ibi annū trigesimū excesserint: & quinque saltim annis post professionē restē vixerint: Episcoipo, vel alio superiore, scilicet, monialium consentiente eligatur. Et quod præsidens electioni, claustra monasterij non intret, sed ante cancellorum fenestram vota singularrum audiat, vel accipiat. Sed de hoc dixi, li. 1. c. 5. dub. 2. Sexto, in cap. 10. dicitur, quod Eucharistia intra chorū, vel intra septa monasterij monialium, & non in publica Ecclesia, minimè seruetur, non obstante

qua-

quouis priuilegio. Septimo, in c. 11. dicitur; quod in monasterijs habentibus curam animalium secularium, preter eas, quae sunt de eorum familia, regulares, & secularis istam curam exercentes subsint immediatè in pertinentibus ad istam curam, & sacramentorum administrationem iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius dioceesi sunt sita. Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de consensu Episcopi, & prævio examine per eum, aut eius vicarium faciendo. Excepto monasterio cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis monasterijs, in quibus capita ordinum sedem ordinariam principalem habent: & exceptis monasterijs, ubi prælati regulares Episcopalem, & temporalem iurisdictionem in parochos, ac perrochianos exercent. Salutotamen Episcoporum iure, qui maiorem in dicta loca, vel personas exercent iurisdictionem. Vbi not. 1. non posse Episcopos visitare sacristias, parameta, vasa sacra, altaria, Eucharistiam in Ecclesijs regularium, quibus non incumbit cura animalium secularium. Ita declarauit Congregatio Cardinum in tempore Clementis, VIII. ut refert Magno. Rodrig. in compen. Secundo not. quod

De cessatione priuilegijs.

religiosi, & vicarij etiam sacerdtales Ecclesiæ
rum monasterijs unitarum in vacatione ista
rum Ecclesiarum: non sunt vocandi ad con-
cursum per ædicta, iuxta Conc. Trident. sed
presentati à prælatis religiosorum appro-
bentur ab ordinarijs. Ita concedit Sixtus. 5.
Bul. 22. Et in Bul. 24. cōcedit, quod isti vica-
rij, seu parrochi sint ad nutum amouibiles per
monachos. Ettaxato eis seruentibus salario
decenti, reliqui fructus monasterio cedant.
Octauo: in cap. 12. dicitur, quod censuræ, &
interdicta etiam ordinariorum, mandante
Episcopo à regularibus in eorum Ecclesijs,
& publicentur, & seruentur. Et dies festi
ab Episcopo præcepti seruentur etiā à regu-
laribus. Nono. in ca. 13. dicitur, quod Episco-
pus, amota omni appellatione breui, scilicet,
manu, sumarie, & de plano, sine strepitu, et
figura iudicij, cōponat regularium cōtrouer-
sias, etiā circa præcedētiā in processionibus,
et alijs exortas, et pendentes: Sed iā finitas
innouare non potest: Ita Pius 5. Bul. 7. Et
quod exempti omnes tam clerici sacerdtales,
quam regulares, et monachi ad publicas
processiones, id est pro bono publico, voca-
ti accedere compellantur ab Episcopo, scili-
cet, censuris, et alijs pœnis. Ita Fari, ibi, his tā
tum

tam exceptis qui strictori clausura perpe-
 tuō viuant. Et exceptis etiam illis qui distat
 à ciuitate per dimidium milliare, vt declara-
 uit congregatio Cardi. in tempore Clem. 8.
 vt refert Manu. Rodrig. in compen. Et Pius
 5. Bull. 7. eximit collegia religiosorum non
 canentium in choro, nec ad mortuos acce-
 dentium, sed studijs vacantium. Et nota
 Pium. 5. statuisse ordinem prædicatorum in-
 ter mendicantes, vbiquē honorabiliorē locū
 tenere. Et licet post hoc Greg. 13. Bu. 7. de-
 creuerit, quod seruetur antiquitas cōuētuū
 vbi oppositū pacifica possessione nō proba-
 tur: tamen postea Clem. 8. declarauit vt in
 Hispania seruetur ordo Romæ, vbi in omni
 bus aëtibus ordo prædicatorum dignorem ob-
 tinet locū. Et hoc precipit seruandū sub ex-
 cōmunicatione latę sententię. Et ita etiam
 censuit congregatio Card. anno. 1593. vt
 habetur in summa. consti. prædi. 1. p. ca. 23.
 Decimo, in cap. 14. dicitur, quod regulares
 extra claustra monasterij ita notorie delin-
 quentes quod populum scandalizant, instate
 Episcopo, à suo superiore intra tempus ab
 Episcopo taxatum seuerē puniantur, ac de
 punitione Episcopum certiorē faciat,
 suminus à suo superiore ab officio pri-

De cessatione priuilegij.

tur, & reus ab Episcopo puniri possit. Vnde ei. no, in cap. 15. dicitur, quod professio regularium utriusque sexus non fiat ante decimoseximum annum expletum, & nisi habitus suscepito per annum in probatione steterit, alias professio sit nulla. Duodecimo, dicitur in cap. 16. quod renuntiatio nouitij ut valeat, fiat de licetia Episcopi, aut eius vicarij. Et infra duos menses proximos ante professionem. Ac non aliter suum effectum sortiatur, nisi professione secuta. Nec ante professionem praeter viatum, & vestitum aliquid a parentibus, propinquis, vel curatoribus ex bonis nouitij monasterio detur. Ne sic discedere nequeat, quia monasterium tota, aut maiore parte sua substatiæ possideat nec facile si discedat recuperare possit. Et sub anathematæ præcipitur datibus, & accipitiibus, ne hoc ullo modo fiat. Et quod abundibus ante professionem omnia sua restituantur, & ad hoc per censuras, si opus sit, ab Episcopo copellatur. Sed de hoc dixi. li. i. c. 8. du. 3. Tertiodecimo, in c. 19. præcipitur regularibus, ne transcant ad laxorē religione, de quoli i. c. 7. du. 3. nec possit alicui cedit licetia ferendi occulte habitus sui ordinis De quo dixi lib. i. cap. 7. dub. 4. Et statum

in cap. 22. subditur, hæc omnia , & singula
in superioribus decretis contenta præce-
pit sancta Synodus obseruari , in omnibus
Cœnobij, monasterij, collegij, &c. non
obstantibus eorum priuilegijs , &c. Vbi illa
verba in superioribus decretis contenta, lo-
quuntur de decretis istius. 25. sessionis, non
de alijs aliarum sessionum. Et sic priuilegia
decretis istius sessionis contraria, tantum re-
uocantur in illis verbis, non obstantibus eo-
rum priuilegijs. Ita Manu.Rod. in qq. reg.
tom. 1. q. 8. art. 6.

Decimo, in ses. 25. cap. 11. de refor. ve-
tantur locationes bonorum Ecclesiæ antici-
patis solutionibus in damnum successorum.
Undecimo, ibi cap. 13. statuitur de quarta
funerali soluenda Cathedralibus, & paro-
chialibus Ecclesijs, quæ solita est persolni an-
te annos quadraginta , sed de hoc dicetur
Latius supra cap. 9. dub. 5.

In prædictis ergo decretis expressè reuo-
cantur regularium priuilegia. Et ita tantum
priuilegia sic reuocata censentur contraria
Concilio Trid. de quibus fit sermo , quoties
in confirmatione priuilegiorum regula-
rium, excidiuntur priuilegia contraria Con-
cilio Trid. ita sentiant multi sapientissimi

De cessatione priuilegij.

quos refert, & sequitur Manu. Rod. in qq.
reg.to. 1.q 8.art.6. Ex hoc sequitur, quod
licet in eodem Concil. Trid. ses. 23. cap. 8.
de refor. statuatur, quod ordines celebren-
tur temporibus a iure statutis: quia tamen
ibi non reuocantur regularium priuilegia,
quaes habent circa hoc; possunt religiosi iux-
ta illa ordinari extra tempora statuta pro
ordinibus celebrandis. Et ita declaratum est
a Congregatione Card. in tempore Greg.
13. de quo Man. Rod. in compen. Nec ista,
& similia priuilegia censentur contraria illi
decreto, nec per illud reuocari. Cum lex
generalis non reuocet priuilegium pauco-
rum, quando de illo saltim in generali non
sit expressa reuocatio. Iuxta dicenda cap.
6.dub. 1. Et ita tenent multi sapientissimi
Theologi, & Iuristæ, quos refert, & sequi-
tur Manu. Rod. Quam sententiam ait, se-
cetus quiddam Episcopus, ordinavit extra
tempora quosdam religiosos. Secundo sequi-
tur, quod licet in ses. 24. cap. 4. de reforin.
statuatur, quod non subdiaconus voce careat
in capitulo: quia tamen ibi non reuocantur
priuilegia religiosorum, nec eorum statu-
ta, aut consuetudines, possunt religiosi, si
circa hoc habent priuilegium, vocem habe-

re prædictam, etiam non subdiaconi. Et ita declarauit Congregatio Card. fratri Gaspa ri Parafelo generali minimoru, anno 1573. quod, scilicet, Concilium non contrariatur constitutionibus regularium: si in aliquo ordine non subdiaconi de consuetudine, constitutione, vel priuilegio ad actus capitulares admittantur.

Dubium ergo præsens procedit de priuilegijs modo explicato contrarijs Concilio Trid. an per illud sint ad huc, etiam in foro conscientiaz reuocata, vnde ad hoc sit.

Secunda conclusio. Prædicta priuilegia, saltim pro foro externo suat adhuc reuocata in dictis decretis: & clariss in Bulla Paul. 4. quæ incipit: In principiis Apostolorum sede, & habetur in eodem Concilio. Secundo, quia quoties Pontifices post Cōcil. Trid. confirmant priuilegia regularium, addunt expressè, dum tamen non sint contra Con cil. Trid. Ita confirmat priuilegia minorum Gregor. 13. bul. 1. Et Clem. 4. Bul. 9. sic confirmat priuilegia Hieronymoru, & Bul. 20. priuilegia Præmōstratensium, & bul. 21. & 22. priuilegia Benedictinorum. Et idem de alijs confirmationibus, vna excepta confirmatione Gregor. 13. bul. 26. priuilegiorum

Socie-

Societatis Iesu, de qua dixi dubio. 5. Nec obstat, quod post Pium. IIII. Pius. V. Bulla 7. quæ incipit. Et si mendicantium ordines, multa concedit religiosis ex priuilegijs in Concilio Trident. reuocatis: quia postea Gregor. XIII. in Bulla. 38. quæ incipit. In tantarerum, & negotiorum mole, statuit, de prædictis, & alijs literis Pij, V. de eisdem rebus pro querumlibet regularium ordinibus æditis: eam dispositionem, ac decisionem haberi de cætero, quæ sive ex iure veteri, sive ex sacris decretis Concilij Tridentin. sive alias legitimè ante æditio- nem dictarum literarum erat, ac si ipsæ non emerissent; ad quam dispositionem illa omnia reducit.

Tertia conclusio. Certissimum puto, non posse religiosos ut etiam in foro conscientiæ priuilegijs modo explicato contrarijs Concilio Trident. Ista conclusio est contra Enriq. to. 1. lib. 6. c. 6. n. 6. lit. R. & c. 10. lit. P. in glof. & contra Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. quæst. 8. art. 9. ubi suam sententiam probat ex quoddam viuæ vocis oraculo Pij. V. anno. 1569. ubi Pius. V. confirmat priuilegia minorum pro foro conscientiæ, & con sequenter aliorum religiosorum: etiam il-

Ia, quæ sunt contra Concil. Trid. Nec ista concessio (ait Manuel) reuocatur à Greg. XIII. loco citato, quia ibi (ait) tantum reuocantur literæ, & constitutiones concessæ mendicantibus contrariæ Concilio Trid. ex quibus perturbatio inter Episcopos, & religiosos solet oriri: at ex istorum priuilegiorum vsu in foro tantum conscientiae nulla perturbatio oriri potest. Secundo probat, quia in dicta bulla Gregor. non rouncantur (ait) viue vocis oracula, etiam contra Concil. Trid. concessæ: sed solæ literæ, & constitutiones, ergo, possunt religiosi in virtute viue vocis oraculi Pij predicatori, uti priuilegijs sibi concessis etiam contrarijs Concilio Trid.

Sed istæ rationes nil conuincent. Quia ut ait Lud. Lop. in sum. i.p. cap. 8. de Bullæ Greg. 13. in sua bulla non tantum reuocat priuilegia scripta, & literas, sed etiam reliqua indulta, etiam sine literis expeditæ: dicitur, quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi, & reductio nō contraria. Ecce quomodo abrogantur quæcumque alia, &c. Vbi per ista verba satis intelligitur reuocatum illud viue vocis oraculum.

Secun-

De cessatione priuilegij:

Secundò, quia Gregor. 13. in dicta bul. etiā meminīt confessionum audiendarum, pœnitentiārum iniungendarum à religiosis: quæ pertinent ad forum conscientiæ. Et etiā, quia nō fiunt ista ita secretē, quin faciatur in publicum prodeat, & ad aures Episcoporum deueniat: ex quo oriuntur turbationes, & lites. Has cupiens Papa vitare, & confessiones, & iniunctiones pœnitentiārum, quæ in foro conscientiæ siebant ex indultis Pij 5. contra decretis supra dicta Concilij Trid. concessas: voluit reuocare illa. Ex dictis patet nostra conclusio, & argumentorum Menuelis solutio. Sitamen verum esset, quod Enriq. refert ex Naua. alias fide dignissimo bullam, scilicet, Greg. 13. non fuisse promulgatam, & sic nec eius reuocationem vsu receptam saltim pro foro conscientiæ sententia Manueles esset satis probabilis. Ita asserit Nauar. in manu impresso anno 1582. & anno 1584. cap. 7. in fine.

D V B. 7. An priuilegia regularium suspendantur per bullam Cruciatæ in regnis ubi ista bulla prædicatur.

Not. quod inter priuilegia regularium, quedam conceduntur prælatis regularium pro

pro sibi subditis: alia conceduntur religiosis
pro sibi ipsis, ut quod tali die luceretur tales
indulgentias: alia conceduntur religiosis pro
secularibus, ut quod possint eos absoluere a
talibus peccatis, & censuris.

Prima conclusio. Quando in bulla, vel
alibi suspenduntur, aut reuocantur omnia
priuilegia, intelligitur de priuilegijs simili-
bus, priuilegijs bullæ, qualia sunt priuilegia
assistendi diuinorum celebrationi in tem-
pore interdicti, eligendi confessorem, lucræ
di indulgentias, edendi laetificinia, &c. Secus
est de priuilegijs circa alias materias disimi-
libus, illis quæ in bulla conceduntur. Ita An-
gel. ver. excommunicatio, s. casu. 31. Felin,
Panor. & alij quos refert & sequitur Man.
Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 13. art. 23.

Secunda conclusio. Priuilegia, aut gratiæ
&c. concessa prælatis religionum pro sibi
subditis, & quæ conceduntur religiosis pro
sibi ipsis non suspenduntur in bulla: sed
potius ibi excipiuntur à generali suspensi-
one priuilegiorum. Et Leo. 10. bul. 43. conces-
sit, quod non intelligantur suspesa per bul-
lam Cruciatæ, aut alias indulgentias, indul-
ta concessa quoad personas minimorum.

Tertia conclusio. Priuilegia concessa re-
ligiosis

De cessatione priuilegiij.

giosis pro sacerdibus non suspenduntur in bulla. Ita Manu. Rod. in qq reg. to. i. q. 61. art. 14. ubi retractat oppositum, quod docuerat in expositione Cruciatæ: & ait, istam est sententiam sapientissimorum. Et patet, quia in bulla tantum suspenduntur gratiæ concessæ, aut concedendæ alicui monasterio, hospitali vel alteri loco pio, universitati, confraternitati, aut alicui singulari personæ: sed privilegia ista tertiaræ conclusionis sunt concessa ordinibus in eorum favorem, & authoritatem, ergo non suspenduntur: sed possunt religiosi absoluere secundum illa priuilegia à peccatis, & censuris, dispensare, & commutare vota, & iuramenta, licet sacerdtales absoluendi, aut dispensandi careant bulla Cruciatæ. Sicut etiam per sua priuilegia possunt religiosi in suis domibus ministrare Eucharistiam fidelibus, et amicis generalibus bulla Cruciatæ. Quia licet hoc, & alia priuilegia cedant in bonum sacerdarii, sed immediatius, & principalius respiciunt authoritatem, & favorem religionum.

Si obijcias, quia in bulla tantum excipiuntur à generali priuilegiorum suspensione, priuilegia gratiæ, &c. concessa superioribus regularium quoad sibi subditos, ergo manet suspensi-

suspensa priuilegia illis pro sacerdotalibus cōcessa. Ad hoc dico, quod illud dictum bullę, exceptis gratijs, &c. concessis superioribus mendicantium, &c. non est exceptio gratiarum concessarum religionibus: cum ista, ut dixi, non suspendantur in bullis; sed est exceptio suspensionis gratiarum, &c. concessarum monasterijs; verbi gratia, indulgentia plenaria concessa visitatibus nostras Ecclesiis in die S. Domini: i.e. patris nostri suspenditur pro sacerdotalibus, qui sine bullis illa non lucrantur; non tamen suspenditur pro religiosis; sed sine bullis lucrantur illa. Et ita etiam declarauit Leo. 10. inter viua. ora. num. 19. quod, scilicet, per bullam aut aliis indulgentias reuocantes generaliter, vel suspendentes alia priuilegia, etiam mendicantium, non intelligatur reuocata, vel suspesa. Indulta, priuilegia, & gratiae concessae quoad personas fratrum minorum de observatione, & quoad suspendendum interdictum in festis sanctorum sui ordinis. Nisi de his specificè & nominatim fiat mentio. Hoc autem quomodo sit intelligendum dixi dub. 3.

DVB. 8. An excommunicationes contra statuta, priuilegia, beneficia, scitores religiosorum sint valide & idem de alijs literis.

De cessatione priuilegijs.

Prima conclusio. Quævis priuilegia, & literæ obtentæ à Sede Apostolica, contra religiosorum statuta sunt nullæ. Ita concessit Cisterciensibus Clem. 4. bul. 1.

Secunda conclusio. Censuræ latæ contra priuilegia religiosorum sunt nullæ. Ita concessit Minimis Julius 2. bul. 26.

Tertia conclusio. Excommunicationes latæ contra benefactores ut sic religiosorū, vel quia communicant cum religiosis, aut ab eis Sacra menta recipiunt, à quo cumque sint latæ, irritantur ab Eug. 4. bul. 9.

Quarta conclusio. Familiares, seruitores religiosorum, molentes in eorum molendinis, vel coquentes in eoru furnis, aut aliter cum religiosis cōmunicantes nō possunt ex communicatione in fraudem priuilegiorū religiosorum: & aliter factum est irritantur. Ita concessit Cisterciensibus Inocen. 4. bul. 16.

C A P. III.

De communicatione priuilegiorum.

DVB. An omnes religiones communient in priuilegijs, id est, an eo ipso quod

quando alicui religione conceditur aliquod priuilegium , censatur alijs religionibus concessum.

Prima conclusio. Omnes religiones , etiā non mēdicantes, cōmunicant in priuilegijs Leo enim ro. bul. 33. communicauit . & de nouo concessit ordini p̄ædicatorū , & illius Ecclesijs , & oratorijs , & ista loca visitatibus , & contribuentibus pro earum manutentione , & ornatu , & domibus ipsis , generali , pro uintiali , priori , fratribus , sororibus , monialibus , conuerfis , eblatis , ac utriusque sexus personis de pœnitentia nominatis , & alijs personis eiusdem ordinis omnes , & singulas gratias , concessiones , indulgentias , remissiones peccatorum , prærogatiwas , fauores , immunitates , exemptiones , facultates , priuilegia , & indulta spiritualia , & temporalia qualiacumque illa sint , concessa ab ipso , vel a suis prædecessoribus : & concedenda ab ipso , vel a suis successoribus coniunctim , vel diuissim in genere , vel in specie ordini Minorum Augustinorum , Carmelitarum , seruorum sanctæ Mariæ , ac Minimorum , & eorum Ecclesijs , & oratorijs , ac ipsas Ecclesijs , & oratoria visitantibus , & domibus , & præsidentibus ,

De communicatione priuilegijs.

generalibus, prouincialibus, & prioribus cō-
uentualibus, fratribus, sororibus, menia-
libus, conuersis, & oblatis, ac vniuersque se-
xus personis de pœnitentia, seu tertij ha-
bitus nuncupatis. Et licet per hoc priuilegiū
tantum cōmunicentur ordini prædicatorū
expressè priuilegia gratiæ, &c. Minorum,
Augustinorum, Carnelitarum, Seruorum
B. Mariæ, ac minimoꝝ tamen Clemens. 7.
bul. 2. communicat minoribus priuilegia,
indulgentias, induita, &c. concessa, & con-
cedenda mendicantibus, & non mendi-
cantibus. Et sic prædicatorum ordo, ac
alijs quibus minorum priuilegia commu-
nicantur, gaudent eisdem per priuilegia
communicationis. Cum concedantur eis
priuilegia Minorum, Augustinorum, &c.
qualiacumque illa sint in genere, vel in
specie coniunctim, vel diuissim conceſſa,
& concedenda. Præterquam, quod
Iulius 3. bul. 3. concessit ordini prædicato-
rum, domibus Ecclesijs, ac alijs locis eius
& alijs supra nominatis personis, omnia
priuilegia, indulgentias, &c. ab ipso, &
prædecessoribus quomodolibet concessa a-
lijs mendicantibus, alijsquæ ordinibus, con-
gregationibus, confraternitatibus, fratri-
bus

bus, & personis utriusque sexus Ecclesijs, monasterijs, domibus & oratorijs ac alijs locis pijs: &c. vide supra cap. 3. dub. 5. in fin. hæc de priuilegijs communicationis preicatorum, & minorum.

Aliæ etiam religiones mendicantes habent similia communicationis prærogativa. Ita concessit Augustinij Alexan 6.bul. 12. Et Carmelitis Sixtus 4. bul. 37. & 38. Et Minimis Pius 5. bul. 19. & 20. vbi numerat illos inter mendicantes. Et idem statuit ibi de ordinis Seruorum B. M. trię; & de ordine Jesuitorum B. Hieronymi, ac de ordine Societatis Iesu. Hos enim quatuor ordines facit mendicantes Pius 5. ibi. Et gaudent priuilegijs aliorum mendicantium. Religiones etiam monachales, & alijs non mendicantes habent etiam similia priuilegia communicationis. Ita concessit Benedictinis Eugen. 4.bul 7 & Cistercien. Greg. 14.bul. 3. Et Carthusiensibus, Gregor. 11. & Pius 5. vt refer Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1.q. 55. art. 8. Et ordini S. Hieronymi Pius 4. & 5. & Sixtus 5. vt refert Manu. Rod. loco citato, art. 9. Et Adria. 6.bul. 4. fecit amplam communicationē pro fratribus, & monialibus SS. Trinitatis, & Redēptionis captiuorū

De communicatione priuilegij:

Et pro Mercenarijs Leo. 10. & Sixtus 5. vñ
refert Manu. Rod. art. 12. Et refert in hac
quaestione alia priuilegia communicationis
pro alijs religionibus etiam militaribus. Itē
Greg. 13. communicat Societati Iesu, do-
mibus & personis omnia priuilegia immu-
nitates gratias indulgenties, &c. alijs ordi-
nibus, congregationibus, domibus, capitulis
Ecclesijs, cōfaternitatibꝫ hospitalibus, p̄ijs
locis, ac personis secularibus, & regularibus
concessa, & in posterum concedenda, ita
in istorum compen. ver. de yſu facultatum.
Item, moniales prædicatorum ut cōstat ex
priuilegio Leo. 10. citato in principio, &
moniales minoribus subiectæ ex concessio-
ne Bonifa. 8.bul. 5. habent etiam similia eō
municationis priuilegia cum mendicantibus,
& non mendicantibus; etiam si dictæ mo-
niales sint tertiae regulæ. Ita concessit Leo
10. bul. 16. & Paul. 3.bul. 6.

Secunda conclusio. Cōmunicatio pri-
uilegiorum, & aliorum prædictorum sic in-
telligitur, quôd ea, quæ conceduntur, ver.
g. magistro generali ordinis prædicto-
rum, censeantur communicata generali-
bus aliorum ordinum. Et quæ conceduntur
provincialibus, vel prioribus, censeantur

com-

communicata similibus prælatis aliorum ordinum. Et quæ conceduntur vni religioni, & festis eius censeantur communicata alijs religionibus, & festis eorum : ita quod concessa pro festis sanctorum ordinis prædicatorum iunctim, aut cuilibet eorum, intelligantur communicata minoribus pro festis suorum sanctorum & e contra. Non obstante quod plures sancti in uno ordine, quam in altero celebrentur, ita concessit Sixtus 4. Bul. 33. pro prædicatoribus, & clarius Iul. 2 bul. 18. pro minoribus, & Leo. 10. inter viua. ora. n. 6. ita declarauit, & concessit prædicatorum ordini Iulius 2. bul. 18. & Sixtus 4. bul. 33. Et sic priuilegia, & indulgentię concessæ pro festis Sanctorum ordinis minorum, intelliguntur communicata prædicatoribus pro festis suorum Sanctorum, non obstante quod plures Sancti in uno, quam in alio ordine celebrentur.

Tertia conclusio. In communicatione priuilegiorum non communicatur usus, vel non usus priuilegiij; sed ius utendi priuilegio. Et sic licet unus non utatur priuilegio multis concessis, non præjudicat alijs utentibus illo. Ita Panor. in cap. cum accessissent, de const. & Sylu. ver. priuilegiū, §. 11. Vnde

De communicatione priuilegiij.

priuilegia vni ordini concessa, quæ per communicationem alijs ordinibus sunt communia, non amittuntur; nisi legitimo tempore contra illa prescribatur modo dicto cap. 3. dub. 2. ut habetur in cap. accendentibus de priuilegiis. Et cum contrariorum sit eadem ratio; si aliquis ordo vtitur aliquo priuilegio, alius ordo vbi contrarius viget usus sufficiens ad præscriptionem cōtra tale priuilegium, non potest iubari ex alterius usu ad gaudendum priuilegio præscripto. Quod enim à Pap. impetratur per viam communicationis, & extensio[n]is est ius utendi priuilegio. Nō tamen usus, vel non usus: cum ista non in iure, sed in facto contingant.

Ex dictis sequitur primò quod cum Pius 4. ad instantiam Catholicissimi, & prudenterissimi Philipi. II. Hispaniarum Regis, de quo Mena. Rod. art. 9. & Clem. 8. bul. 19. priuilegia, gratias, & indulcta spiritualia, & temporalia concessa vni monasterio D. Hieronimorum, communicauerit toti ordini: & idem Clemens bul. 20. idem, & eodem modo concesserit Præmonstratensibus: & in bullz. 22. gratiarum, & priuilegia monasterij Motis ferrati ordinis S. Benedicti, & ante h[ec] Iuli 2. ba. 26. concessa

Vni monasterio minimorum, toti ordini cō-
municauerit: consequenter aliæ religiones
per priuilegia communicationis, eodē gau-
deant extensionis indulto, ac si eis speciili-
ter concederetur. Et sic priuilegia, & gratiæ
concessæ vni monasterio nostri ordinis p̄ae-
dicatorum, eo ipso ad alia extēditur monas-
teria eiusdem ordinis, sicut indulgentia ple-
naria, & liberare animam à purgatorio
concessa celebrando pro defunctis in altari,
B. Virginis Rosarij Eccleæ S. Dominici de
Caceres, cuius originale ibi seruatur, cōmu-
nicatur omnibus cōuictibus ordinis prædica-
torū pro celebratib⁹ in altari. B. Virginis Ro-
sarii. Priuilegia tamē singulis religioliis con-
cessa, non communicantur alijs etiam eius-
dem ordinis. Alias tota regligionis obser-
uantia funditus euerteretur. Et sic quo ad
hoc manet in suo robore declaratio Lco. 10,
quôd fratres ordinis hæremitarum gau-
deant priuilegijs generaliter concessis con-
gregationibus, personis, & locis congre-
gationum; non domibus, & personis par-
ticularibus congregationum, seu ordinum
concessis. Ita in supplem. concessio. 157.
& Manuel Rod. drig. art. 8. verum est; quôd
postea Greg. 13. ut supra vidimus compu-

De communicatione priuilegij.

nicauit Societati priuilegia, &c. personarū
ſecularium, & regularium.

Secundo sequitur, omnes religiosos gau-
dere omnibus priuilegijs Societatis Iefu per
priuilegia communicationis: cum in illis co-
municentur priuilegia concessa, & conce-
denda. Nec obstat, quod quando Leo. 10. &
Iulius 3. concesserunt, V.g. prædicatoribus
priuilegium communicationis, ordo Socie-
tatis nondum erat fundatus: ratione cuius
aliqui tenent communicationem istam non
extendi ad priuilegia concedenda ordinib.
nondum fundatis, sed ad concedenda ordi-
nibus iam tunc existentibus. Ad hoc enim
dico, quod postea Paul. 4. Bu. 1. pro minori-
bus: & Pius. 4. Bu. 2. pro eisdem, & Pius. 5.
Bu. 7. pro mendicantibus: & Greg. 13. Bu. 1.
pro minoribus: & Bu. 10. pro Cisterciensi-
bus: & Bu. 13. 14. & 15. pro alijs ordinibus:
& Sixt. 5. bu. 14. 18. 19. & 20. approbarunt,
Et de novo concesserunt priuilegia dictorū
religiosorū: quādō ordo Societatis erat fun-
data. Et post hęc Greg. 14. Bu. 3. determina-
uit ordinē Cisterciensium frui posse priuile-
gijs Societatis: dum ei concedit communica-
tionem omnium priuilegorum, &c. omniū
ordinum congregacionum, collegiorum, &

vniuersitatum, confraternitatum, &c. etiam
si speciale, & individuam requirant men-
tionem, ac particularem insertionem. Et ut
refert Manu. Rod. loco cit. ar. 7. idem Greg.
14. specialiter concessit ordini Crucifigerorū:
ut fruantur priuilegijs Societatis. Et sic
aliae religiones gaudent ista concessione;
cum communicent in priuilegijs Cistercien-
sium, & Crucifigerorū. Ex quo patet, quōd
si ante Greg. 14. concessum fuit Societati
Iesu aliquod priuilegium tollendo eius com-
municationem pro alijs ordinibus; tamen iā
per dictam communicationem, & extensio-
nem Greg. 14. manet communicatum. Cū
absolutē a Greg. 14. concedantur, & commu-
nicentur omnia priuilegia Societatis prædi-
dictę absque vlia restrictione. Et nota quōd
inter ordinationes generalium Societatis,
pag. 15. cauetur ne priuilegiorum suorum
compendium cum externis communicetur
Quia, ait, si alij religiosi participes nostro-
rum priuilegiorū eis vti volluerint, cum nō
eam limitationem, & moderationem serua-
turi sint, quæ nostris proscripta est facile in
tanto numero fieri posset, vt ex illorum in-
moderato, & minus circumspecto vsu apud
prælatos, & Pontificem odiosa redderetur,
atque

De communicatione priuilegijs:

atque ita in periculo etiam nostra adducuntur. Ita ibi.

Tertio sequitur, quod licet religiosi Sicitatis Iesu non possint ut suis priuilegijs, nisi a praeposito generali, vel ab alio per ipsum deputato eis communicentur, prout illis concessit Greg. i 3. cuius indulti tenore refert Man. Rod. ar. 5. probabile tamen est, posse ut talib⁹ priuilegijs Societatis alios religiosos absq; eo quod a suis generalib⁹, vel ab alijs sibi cōmunicētur. Ita tenet Man. Po. Et patet, quia Greg. 14. cōcessit Cisterciī bus, & Crucifigeris cōmunicationē priuilegiorū Societatis absolutē, & absq; dicta de pēdētia; & nobis etiā absolutē ac si eslet nostra cōcedūtur per cōmunicationē sine restrictionib⁹, quib⁹ ab alijs ordinib⁹ ob eorū peculiare regiūmen, sunt à Papa impetrata.

C A P. V.

De priuilegijs regularium circa Sacra menta.

Circa Baptismum.

D^{Vb.} r. An religiosi possint baptizare. Et non est sermo de baptismo in

necessitate. Certum est enim licere tunc
cuilibet etiam infideli, & non baptizato vi-
to, vel foeminae baptizare: ut docet D. Tho,
3. p. q. 67. a. 3. & 4. Sed sermo est de baptis-
mo extra casum necessitatis.

Prima conclusio. Stando in iure diuino
cuilibet sacerdoti, etiam monacho, compe-
tit ex officio baptizare. Ita D. Tho. art. 2. Es-
colligitur ex cap. diachonos, d. 93. Et patet,
quia soli sacerdotes consecrantur ad confi-
ciendum Eucharistiā, quae est sacramentum Ec-
clesiasticæ unitatis, ergo ad solum sacerdo-
tem spectat conferre baptismum, quo homo
fit particeps Ecclesiasticæ unitatis, & acqui-
rit ius accedendi ad mensam Dei.

Secunda conclusio. Stando in iure com-
muni canonico, soli parochio competit ex offi-
cio baptizare. Ita in ca. placuit. 16. q. 1. vbi
dicitur, hoc esse ministerium parochi, & nō al-
terius, etiam sacerdotis, ergo peccat mortali-
ter sacerdos, qui baptizat intuito parochio, &
volente baptizare: cum usurpet eius officium
in re graui. Ita Soto cum communī. d. 4. q. 1.
2. 5. conc. 3. Non tamen est excommunicata,
vel irregularis: cum nulla talis pena im-
ponatur in iure isti delicto.

Tertia conclusio. Cuilibet sacerdoti etiam

De privilegiis circa Baptis.

monacho, imo & diacono potest a parochio
committi, ut etiam extra necessitatem, &
cum solemnitate baptizet. ita in cap. diaco-
nos. d. 39. Et si obijcias, quia in cap. placuit.
16. q. 1. prohibentur monachi baptizare: ad
hoc dico quod intelligitur sine licentia paro-
chi.

Quarta conclusio. Religiosi Indiarum
possunt ibi omnia sacramenta infidelibus,
& nouiter conuersis ministrare. Ita conces-
sit Leo. bu. 3. duobus fratribus minoribus eū
tibus ad Indos. Et Adrian. 6. Bu. 1. concedit
prouincialibus, & religiolis, quibus ipsi com-
miserint, posse baptizare filios etiam His-
panorum, & alios citra necessitatem cum li-
mitationibus ibi positis. Ut poterit concedit if-
tis, vbi non sint Episcopi creati, velsi creati
sunt infra duas dictas ipsi, aut officiales eo-
rum inueniri non possint, tam quo ad suos
fratres, & alios cuiusvis ordinis, vbi sunt de-
putati, ac super Indos ad fidem conuersos,
quam quo ad alios Christicos ad dictum
opus eosdem mittentes ut omnimecum au-
thoritatem suam in utroque foro habeant,
tantam quantum ipsi, & per eos deputati de
fratribus suis iudicauerint opportunam, &
expedientem pro conuersione dictorum In-
dorum,

& manutentione, ac profectu eorum, & a-
liorum praefactorum praefactorum in fide
Catholica, & obedientia Sancte Romane
Ecclesiae viuentium. Et quod dicta authori-
tas extendatur, etiam quo ad omnes actus
Episcopales exercendos; qui non requirunt
ordinem Episcopalem. Idem postea concess-
sit Pau. 4. inter viua ora. fratribus predicato-
ribus de Mexico, de Chiapa, & de Peru: ut
fidem fecit Cardinalis Alexandrinus, qui
fuit postea electus Papa Pius. 5. & confir-
mavit omnia suorum praedecessorum priuile-
gia pro Indorum conuersione: praeferim,
quod possint fratres mēdicantes omnia Sa-
cramenta ministrare infidelibus, & nouiter
conuersis: & de novo roborauit Apostolica
authoritate non obstantibus, &c. Et sic ma-
gent roborata priuilegia Leo. 10. & Adria.
6. Et idem postea concessit dictus Pau. 4. in
ter viua ora. cuidam religioso ordinis mino-
rum.

Quinta conclusio. Religiosi Indianorum
non debent baptizare in aliena parochia;
alijs confundoretur Ecclesiasticus ordo cō-
tra sacros canones in cap. peruenit. 11. q. 1.
sed in suis Ecclesijs debent baptizare, nec
aliter colligi potest ex dictis priuilegijs.

Nume-

De priuile. circa Baptis.

Numquam enim Papa in generali conces-
sione visus est alicui praedicare. Imo &
Pius. 5. Bu. 4. concessit religiosis Indianum,
ut in suis monasterijs, & locis sibi deputatis
ibidem possint baptizare, & alia Sacramen-
ta, sicut parochi, ministrare. Quo privilegio
gaudent omnes prouinciarum Indianum. Et sic
religiosi omnes in suis Ecclesijs, & locis suo-
rum monasteriorum possunt baptizare non
tantum Indos suos subditos, sed etiam non
subditos. Et ita est obseruatum, ut testantur
viri graues.

Dub. 2. An dicti religiosi possint vti in
baptismo Oleo sancto, & Chrismate anti-
quis. Prima conclusio. Licet chrisma, & o-
leum cathecumenorum, & infirmorum sit
quotanis in die eoenæ conficiendum, & ve-
tus comburendum, vt dicitur in cap. literis,
de conse. d. 5. non tamen debet vetus com-
buri, quousque nouum sit alatum. Nam præ
occupate morte potest sacerdos veteri chris-
mate baptizare. Quia licet sit peccatum
mort. secundum Naua. in manu. cap. 25. hu.
75. & glo. in cap. quoniam, de senten. exco
municationis, vti dictis materijs veteribus
regulariter, secus est in articulo mortis. Ex
quo sequitur, licere semper vti veteri chris-
mate

mate in baptismo parvularū si nondūm ve-
nit nouum. Cum icti ob eorum tenetiam æ-
tatem semper sint in periculo mortis. Et cib
hoc mandatur iam, quod in omni tempore
anni possint pueri baptizari. Quod olim
non licebat extra tempora ab Ecclesia sta-
tuta, scilicet, in paschate, & pentecoste, nisi
in articulo mortis.

Secunda conclusio. Religiosi in Indis
ex concessione Leo. 10. Bullæ. 3. possunt
vti oleo, & chrismate trium animalium.
Imo & quatuor annorum ex concessione
Gregor. XIII. vt resert Manuel Rodrig.
in qq. regul. tom. 1. q. 31. ait. 5. Quia in illis
partibus oleum, & balsamum difficile ha-
bentur.

Circa Eucharistiam.

DVb. 3. An liceat religiosis Eucharis-
tiam fidelibus ministrare. Et non est
sermo de articulo mortis. Tunc enim,
absente parocho, aut nollete eam ministra-
re, illud licet cuilibet sacerdoti. Imo sacer-
dote deficiente, aut nollente Eucharistiam
coferre, id potest diachonus. Ita D. Tho. in
4. d. 13. q. 1. art. 3. quæst. 2. & iuxta dicta

R

ab

De priuile. circa Eucharist.

ab eodicta 3.p.q.82, ar.3, adi. & Soto d. 13.
q.1. ar.4. quē sequitur Suarez. 3.p. disp. 72.
sec.1. & Manu. Rodriguez in qq. regul. to.
1.q.56.artic.8.contra Cardin. & Silu. quos
refert, & sequitur Naua. in manu. cap. 2 i. n.
52. Sermo est hic de ministratōne Eucharis-
tiae extra mortis articulum. Prima conclus.
Stando in iure diuino omni, & soli sacerdoti
competit Eucharistiam ministrare. Ut late
probat D.Tho. 3.p.q.82.ar.3.

Secunda conclusio. Stando in iure com-
muni canonico, soli parocho ex officio com-
petit Eucharistiam ministrare. Patet ex
Clem. 1. de primi. vbi etiam excommunican-
tur religiosi Eucharistim, extremā vñctio-
nem ministrantes, vel matrimonia soleanni-
zantes sine parochi licentia speciali, vel ge-
nerali iuxta declarationē Eug. 4. vsu etiam
comprobata m̄: de qua fit mētio in supplem.
conces. 4. Secundo, quia sacramentorum ad
ministratio (vt ait Soto) est actus iuridicus,
ergo qui administrat illa, debet habere iuriſ-
dictionem ex iure communi, vel priuilegio,
vel ex commissione concessam, in eos qui-
bus illa ministrat.

Tertia conclusio. Religiosi ex privilegio
possunt ubique, saltim extra tempus Pas-
che

Eucharistiā fidelibus ministrare. Quia
 Nicho. 5. Bu. 2. & Sixtus. 4. Eu. 11. concesser-
 runt minoribus ut quorum confessiones au-
 dierint, eisdem Eucharistiā ut ministrēnt in
 omni tempore, excepto die Paschatis Re-
 surrectionis. Et postea Leo. 10. inter viua
 oracula, extendit illam concessionem ad
 omnes religiosos sacerdotes. Inno & postea
 Iulius. 2. ut habetur in supplem. conces. 160
 de qua Manu. Red. loco cit. ar. 3. concessit
 minoribus, ut in suis Ecclesijs quoties opus
 sit ministrare, vel ministrare faciant Eucha-
 ristiam. Et sic sacerdotes sacerdotes de licen-
 tia religiosorum in istorū Ecclesijs idē præf-
 tare possunt, quoties religiosis illud facere
 licet. Ita Medi. in su. lib. 1. cap. 11. §. 13. &
 Enriq. to. 2. de Euchar. li. 8. c. 55. r. 13. in glo.
 Vide quādo possūt religiosi ut i. istis priuile-
 gijs, etiā extra sua loca supra. c. 6. du. 5. cō. 5

Dub. 4. An liceat religiosis ministrare in
 Paschate Eucharistiam fidelibus. Et sumitur
 modo Pascha pro toto tempore ab Ecclesia ta-
 xato ad communionem annualē, scilicet,
 à Dominica in Ramis usq; ad Dominicam
 in Albis inclusuē.

Prima conclusio. Licet religiosis minis-
 trare, etiam in Paschate, & in articulo mor-

De priuilegiis circa Eucharistiam.

tis omnia sacramenta familiaribus, & seruicioribus actualiter religiosis seruientibus, & intra monasteria, aut loca religiosorum cōmoran-
tibus, & sub eorum obedientia viue-
tibus. Patet ex concessione Clem. 4. & Six-
ti. 4. pro Benedictinis, ut habetur in monu-
ord.conces. 315. Et confirmatur hoc à Con-
cilio Trid. sc. 24.ca. 11. respectu istorum sic
seruiētiū. Vbi etiā à iurisdictione ordinarij
eximūtur. Licet sit ibi revocata dicta cōcessio,
respectu familiarium extra septa, ac do-
mos religiosorū cōmoratiū. Quibus in dictis
privilegijs, etiā erat cōcessū recipere dictas
cramēta à religiosis tūc. Secundo, cōsulti Car-
dinales in tempore Greg. 13. ut refert Ma-
nu. Rod. in compen.an prælati regularium
possint audire confessiones sacerdotaliū, qui
sunt de sua familia, aut alias deseruiunt in
eorum monasterijs absque licētia, & appro-
batione Episcoporū. Et similiter cōfessores
aliorum religiosorū idē possint. Respondet
sic. Congreg. Concilij censuit dictos religio-
sos audire posse confessiones sacerdotaliū, qui
sunt de sua familia, & continui cōmiales;
non tamen eorum, qui deseruiunt in eoru-
monasterijs. Et idem est de Eucharistia, &
extrema unctione. Vide cap. 6. dub. 1.

Secunda conclusio. Licet religiosis ministriare etiam in Paschate, Eucharistiam fidelibus communicantibus ob deuotionē. Nam quādo in dictis cōcessionibus excipitur cōmunio Paschalisi; sermō est de cōmunione impletua præcepti cōmunionis. Hęc enim suis sit in Paschate, siue intra dies taxatos pro impletione præcepti communionis, debet fieri in propria parochia: vt ait Suarez. 1.p. disp. 32. sec. 2. Secūs sit, de communione quæ sit ob deuotionem. Hęc enim etiam in Paschate, licite fit in Ecclesijs religiosorum: contra Naua in manu. cap. 21. nu. 52. & Enriq. to. 2. lib. 8. cap. 55. nu. 1.

Tertia conclusio. Licet religiosis ministrare fidelibus in suis Ecclesijs Eucharistiam in Paschate, etiam ad implendum præceptum communionis. Ita concessit fratribus de Guadalupe Nicho. 5, & Iulius. 2. vt habetur in compen. istius ordi. §. 2. & 6. Et eisdem concessit Paulus. III. inter viua oracula, quōd tam intus, quam extra in oratorijs, grāgijs, & locis monasterij, nō contradicēte priore, vel vicario in absentia prioris, possint ministrare Eucharistiā, etiā in Paschate, sub litis monasterij, & ab eo dependētibus, & illuc cōfluentibus vtrinsq; sexus, licē

De priuilegijs circa Euchar.

cia curatorum; vel rectorum, vel locorum dic-
cesanorum minime requisita, & sic Ecclesiæ
præcepto sati faciant Non obstantibus con-
trarij quibuscumque, &c Ita iο compend.
istius ordinis, titul. Eucharistie Sacramentū
§ 6. Et cùm hoc, & alia priuilegia vni mo-
nasterio D. Hieron. concessa, sint toti ordini
communicata; iuxta dicta.c.4. alijs ordinib.
censemur communicata.

Nec ista priuilegia sunt per non usum
reuocata. Tum, quia priuilegia minorum, &
consequenter aliorū ordinū, sunt à Pio. 4. Bu.
2. confirmata ex certa scientia, & depleni-
tudine potestatis. Quæ verba, ut ait Manu.
Rod. in qq. reg. to. 1. q. 8. ar. 3. confirmat pri-
uilegia per nō usum reuocata, nō tamē ali-
ter reuocata, iuxta dicta.c. 3. dub. 2. Tū etiā,
quia idē Papa non tantū confirmauit, sed &
de nouo concessit dicta priuilegia. Et sic de
nouo concessit minoribus per communica-
tionem priuilegia dicta Nicho. 5. Iul. 2. &
Paul. 3. Tum potissimum, quia Pau. 5. confir-
mauit, & de nouo corroborauit priuilegia minorum, &
predicatorum, etiam per non usum
reuocata, iuxta dicta.c. 3. dub. 5.

Dub. 5. An licet religiosis ministrare
Eucharistiam fidelibus in articulo mortis.

Pri-

Prima conclusio negatiua in sententia afferente non licere religiosis ministrare Eucharistiam fidelibus in Paschate, eo quod talis communio est impletiua præcepti. Cum etiā sumptio Eucharistie in articulo mortis sit etiam impletiua præcepti. Ita Suarez sec. 2. dub. vlt. & ait esse cōmunē sententiam, & refert priuilegium Pau. 3. concessum Societati Iesu, ubi illis cōcedit posse Eucharistiam fidelibus ministrare, excipiendo cōmunionē in Paschate, & in articulo mortis.

Secūda cōcl. In sententia afferente licere religiosis ministrare fidelibus Eucharistiam in Paschate, idē videtur dicēdū de ministratio ne Eucharistie in articulo mortis, maxime, quia Leo. 10. inter viua ora. n. 1. & 2. tantū excipit communionem Paschatis, vide Enriq. to. 2. lib. 8. c. 55. n. 1.

Circa Missam.

DVb. 6. An liceat religiosis Missas celebrare ante horam, & post horam ab Ecclesia statutam. Prima conclusio. Interstium temporis, intra quod est Missa celebranda, est ab initio auroræ usque ad meridiem. Ita cōmuuiter cum D. Tho. 3. p. q. 83. a. 2.

De priuilegijs circa Missam;

ad.4. Et initium auroræ est imitum crepusculi diei, & prima lucis irradatio. Et adhuc hoc moraliter taxetur. Licet enim crepusculū nō sit æquale in omni tēpore, tamē in omnī tēpore licet in ipere Missam hora, & diuidia ante ortū solis. Ita tenent Suarez. 3. par. disput. 8. sec. 4. & Ledes. cap. 19. de Eucharistia.

Secūda cōclusio. Religiosi ex causa rationabili possunt, Missam celebrare ante horā & post horā ab Ecclesia statutā. Ita cōcessit minoribus Sixt. 4. inter viua ora. Et Pius. 2. etiā inter viua ora. concessit generali minorū posse concedere suis religiosis licentiam celebrandi Missas per vnam horā ante aurorā. Et Alexā. 6. bu. 13. concessit Benedicti nis Montis Serrati, ac alijs presbyteris etiā seculariib⁹, posse in isto monasterio celebrare Missas immediatē post duas horas post mediā noctē. Et Leo. 10. inter viua ora. n. 53 & 54. concessit minoribus, posse illicō post matutinū Missā celebrare, & post meridiē quādo habēt ambulare, siue quādo itinerando nō potuerūt venire ad locū, ubi cōmodē celebrēt, vel Missā audiāt, maximē in festis aut alijs ad ioc causasubsistēte. Et cōmitisciētia discretioni superiorū iudicare, & statue

re quomodo & qualiter sit vtēdū ista gratia.
Itē Eug. 4. bul. 11. concessit Celestinis itine
rātibus, posse Missas celebrare vsq; ad nonā
inclusiue, id est intra tres horas post meridiē.
Imo inter viua ora, absolutē concedit mino
ribus posse Missas sine scrupulo celebrare
vsque ad nonam.

D V B. 7. An liceat religiosis extra Ec-
clesiam celebrare. Prima conclusio affirmati-
vua. Ita Soto. d. 13. q. 2. art. 3. & de prædicā-
toribus, & minoribus habetur in cap. in his
de priuilegijs.

Secunda cōclusio. Licet religiosis Missas
celebrare in grangijs, & alijs locis monaste-
rij. Ita concessit prædicatoribus Sixtus 4.
bul. 35. & Iulius 2. bul. 20. & Innocen. 4.
bul. 24. Et Alexand. 6. bul. 14. concessit
Cisterciensibus, posse in grangijs, & alijs
locis monasterij capellas, Ecclesiās, & ora-
toria construere, vbi sine licentia ordinarij,
vel alterius possint Missas, & diuina officia
celebrare, & vassallorum, Colonorum, inco-
larum ibi commorantium confessiones au-
dire, pœnitentias iniungere, Eucharistiam,
& alia Sacramenta sine parochiæ præjudi-
cio per monasteriorum abbates, & suos mo-
nachos ad id deputatos ministrare. Et per

De priuilegijs circa Missam.

parochiæ præiuditium intelligitur, quoad exactiōnem decimarum, & primitiarum, quæ solent clericis exhiberi. Si enim in hoc nullum sequitur clericis præiuditium, possunt religiosi prædicta exercere Ita declarauit Sixtus. 4. vt habetur in lib. monum. ord. conceſ. 465.

Si obijcas ex Cœcilio Trid. ses. 22. decreto de obser. in Missa, vbi præcipitur Episcopis, ne patiantur Missas celebrari, etiam à regularibus, in domibus priuatis, & omnino extra Ecclesiam, & oratoria ad diuinum cultum dedicata designanda, & visitanda ab eisdem Episcopis. Ad hoc dico, quod ibi tantum intenditur, quod in domibus priuatis non erigantur oratoria sine approbatione ordinarij vbi Missa celebretur. Secus est de grangijs monasteriorum: vbi sicut in corum infirmarij erigi possunt oratoria. Et patet ex contextu, dum dicitur, non patiantur Episcopi, vt Missæ celebrentur, etiam à regularibus, omnino extra Ecclesiam. Oratoria enim, & altaria portatilia in grangijs, & infirmarijs religiosorum erecta, non censentur esse omnino extra Ecclesiam. Quia secundū Doctores cōnuniter, nomine Ecclesiæ monasteria intelligantur. Ita Manu. Rod.

Rod. in qq. reg. to. 2. q. 75. art. 1. Et confir.
quia Eug. 4. ut habetur in cōpen. Cister. tit.
grangiaꝝ, §. 2. cōcessit, istorū grangias, sicut
& Ecclesiarū atria, prauorū hominū incur-
su, & violentia debere esse liberas, & quie-
tas: ita ut nemo in eis possit hominem capi-
re, spolium, & ruinam exercere p̄fici-
mat: & hoc in virtute Spiritus sancti inhibe-
do statuit, ergo non debemus de istis grāgijs
iudicare, sicut de domib⁹ priuatis, vbi Con-
cilium vetat dominorum celebrationem: Cū
domus priuata non grādeat p̄dicta im-
munitate. Et Leo. 10. ut habetur in supple-
concessione. 186. concessit, quod infringē-
tes aut violētiā facientes in Ecclesijs, aut
locis religiosorum sint excommunicati; nec
possint absolui, nisi à Papa, aut à conserua-
toribus religiosorum. Grangiæ autem inter
loca religiosorum computantur.

Tertia conclusio. Licet religiosis in ca-
stris, & arcibas, ad quæ obbela confugiunt,
altare portatile erigere, & ibi Missas, & of-
ficia diuina celebrare, salvo iure parochia-
lium Ecclesiarum, & cuinsuis alterius. Ita
concessit Cistercien. Vrb. 5. bul. 1.

Quarta conclusio. Religi⁹i vbique, etiā
in priuatis domib⁹ ſecularium, possunt
Missas

De priuilegijs circa Missam.

Missas celebrare. Ita concessit minoribus
Sext. 4. bul. 14. Et Alexand. 6. inter viua,
ora. concessit eisdem posse Missas celebra-
re in cameris sacerularium, & in plateis, dato
quod non videantur loca honesta, quia in
cameris sacerularium dormiunt coniugati, &
in plateis sunt multa prophana.

Si obijicias decretum Concilij Trid. supra-
relatum. Ad hoc Nauar. in manu. cap. 25.
num. 8. & alij dicunt, dicta priuilegia esse
reuocata per hoc decretum. At Manu. Rod.
in qq. reg. tom. 1. q. 28. art. 3. tenet opposi-
tum. Sed ad hoc dico, quod Conciliū aliquo
modo reuocat ista prinilegia. Licet enim
religi si antequām ab Episcopo moneātur,
possint vti dictis priuilegijs: nō tamen post
monitionem. Quia in Concilio sic dicitur,
non patiantur Episcopi, quod sacerdotes,
etiam regulares in domibus priuatis, & om-
nino extra Ecclesiam, vel oratoria, &c. ce-
lebrent, ergo dām Episcopi illud non vetāt,
poterunt religiosi ibi celebrare. Secūs tamē
erit post prohibitionem: cum ibi expressè
reuocentur contraria priuilegia, etiam reli-
gioſorum. Ex dictis patet a fortiori, licere re-
ligiosi celebrare, iuxta dicta priuilegia, in
Ecclesia violata. Nec hoc vetatur in dicto
decreto

decreto Concilij Trid. sed celebratio in domibus priuatis, & omnino extra Ecclesiam.

Not. Primò quod Alexand. 6. concessit monasterio Montiserrati posse recipere omnes elemosynas, legata, donationes, ac alia cum onere missarum, anniuersariorum, & aliorum sufragiorum, & si tot sint, quod per monachos dicti monasterij impleri non possint, dum tamen isti monachi quavis hebdomada unam faciant commemorationem pro defunctis benefactoribus, & per singulos menses, unum solemne anniuersarium, & quod Missæ quotidianæ dicantur etiam pro ipsis benefactoribus, & recipientur ad participationem omnium Missarum, & spiritualium bonorum, quæ in monasterio sunt. Ita habetur inter priuilegia istius monasterij, & Iulius 2. ibi concedit, quod licet Alex. 6. præcipiat omnes Missas esse dicendas pro benefactoribus ad consecrationem dictæ gratiarum: hoc non obstatem possint monachi praedicti dicere Missas pro multis defunctis, & alijs, iuxta morem ordinis. Et quod his Missis sic dicendis consequantur dictam gratiam, dum tamen in illis orient semper pro benefactoribus.

Not. Secundò, quod Iulius 2. bul. 28. concess-

De priuilegijs circa Missam.

concessit generali minimorū, qui tunc erat, posse dispensare, ut valeant collectæ promissis vsque ad nouem, tam pro Ecclesiariū fabricis, quam pro alijs fratrum necessitatibus: quando inuenierit conuentus ita graduatos multitudine Missarum, ut eas celebrare non possint; applicando etiam portigentibus talium elemosynas Missarum alia suffragia, beneficia, & satisfactiones. Et postea Leo. 10. anno. 1513. in cōstitutione quæ incipit. Exposcit dilectorum, idem extendit, & concessit cuilibet generali dicti ordinis pro tempore existenti, ut refert Paterafelus in lib. priuil. fol. 45. & 58.

Tertio not. quod licet Gregor. 15. concesserit omnibus religionibus, posse celebrare solemniter cum processione festum SS. Corporis Christi in Dominica infra octauas eiusdem solemnitatis, reuecando priuilegium Pij 5. nostro p̄ædicatorum ordini concessum, vbi soli nostro ordini illud concedebatur, ut videre est in bulla 39. Gregor. 13. tamen post hæc, Clem. 8. nostro ordini maxime affectus, in bulla quæ incipit: Dudum felicis recordationis Pius Papa V. edita die. 8. Martij, anni. 1529. & habetur authenticatum transumptum istius

istius bullæ in conuentibus nostri ordinis,
reuocat bullam Gregorij, & soli nostro pre
dicatorum ordini concedit, posse tunc dictu
festum celebrare, & posse tunc deferre Eu
charistiam per vicos, et plateas, et per loca
a nobis electa, et semel tantum eligenda, et
concedit indulgentiam plenariam astanti
bus tali solemnitati. Et meritô hoc nostro
ordini conceditur, ex eo quod noster Do
ctor Angelicus D. Thomas officium de
SS. Eucharistia Sacramento, ab omni Ec
clesia receptum, et decantatum, et diuinis
refertum sententijs diuino numine in lu
cem protulit.

Quartô Not. congreg. Cardi, censuisse, li
cere regularibus in suis monasterijs Eucha
ristiam processionaliter circumferre, et su
per altare publicè adorandam exponere ex
quauis causa publica, aut priuata, ita in su
ma const. prædi. 1. p. cap. 24.

D V B. 8. An liceat regularibus benedi
cere vestes sacerdotales, & corporalia. Pri
ma conclusio. Religiosi sacerdotes possunt
benedicere omnes vestes sacerdotales. Ita
concessit Sixtus 4. minoribus inter viua.
ora.

Secunda conclusio. Prælati regularium,
&

De priuilegijs circa Missam.

Mis absētibus eorum vicarij et qui habentē
principale regimē monasterij possunt be-
nedicere non tantum vēstes sacerdotales,
et alia ornamenta Ecclesiæ , sed etiam cor-
poralia. Ita concessit minoribus pro vesti-
bus, et corporalibus pro eorum uſu tantum,
Leo. 10. bul. 6. sed Pius 5. et Innocen. 8. pro
Hieronymis idem absolute , et sine uilla li-
mitatione concessit, ut refert Manu. Rod. in
qq. reg. tom. 1. q. 19. art. 2.

Not. posse religiosos , etiam laicos , tan-
gere calices , et corporalia cum reuerentia
tamen. Ita cōcessit Sixtus 4. inter viua. ora.
Possunt etiā lauare corporalia , et alia Eccle-
siastica ornamēta ex concessione Calix. 3.
inter viua. ora. Et idem Sixtus concessit etiā
monialibus sub clausura, et in congregatio-
ne viuentibus posse tangere corporalia , et
purificatoria prius à religiosis lota.

D V B. 9. An liceat religiosis consecra-
re calices, benedicere, & reconciliare Eccle-
sias, & chrisma confidere.

Prima conclusio. Prælati regularium pos-
sunt consecrare calices , & patenas suorum
monasteriorum, grangiarum, & beneficio-
rum. Ita cōcessit Benedictinis Iulius. 2. bul.
25. Imo iuxta concessionem Innocent. 8.
bul.

bul. 5. factam abbatii Cister. & alijs primis
coabbatibus dicti ordinis, & iam communi-
catam per Greg. 14. bul. 3. omnibus abba-
tibus dicti ordinis, possunt consecrare cali-
ces etiam extraneos.

Secunda conclusio. Prælati regularium
possunt in suis terris confidere chrisma. Ita
concessit Vrba. 2. bul. 1. Nec hoc priuile-
gium, sicut nec alia priuilegia conclusionis, sunt
reuoata per non usum. Tum, quia ut priuile-
gium per non usum reuocetur, requiritur
notitia talis priuilegij, & non usus centum
annorum: iuxta dicta cap. 3. dub. 2. Tum
etiam, quia iuxta dicta cap. 3. dub. 5. priuile-
gia, etiam per non usum reuocata, iam sunt
per Paulum. 5. reualidata.

Tertia conclusio. Prælati regularium, pos-
sunt consecrare Ecclesiæ, vel altaria chris-
tiane sacro ab aliquo antistite Catholico re-
cepto. Ita concessit Innocen. 8. & Vrba. 2.
locis cit. Et licet postea Leo. 10. vt dixi c. 3.
dub. 5. statuit, quod Ecclesiæ, vel altaria re-
ligiosorū consecrentur, & benedicantur ab
Episcopo diccesano; nisi bis, velter cum
instantia, & debita reverentia requisitus ve-
nire recusset (per quod etiam reuocabatur
privilegium coecissum Augustinis a Sixto 4.
bul.

De priuilegijs ciaca Misam.

bul. 34. Eug 4.bul.9. quod quilibet Episcopus: b[ea]tusque dioecesanis licentia possit Ecclesiastis monasteriorum, & altaria consecrare) etiameniam Paul. 5. ut dixi loco citat. in o[ste]do & alij ante ipsum ut ibi probauit, confirmarunt, & revalidarunt priuilegia a Leo. 10. bull. 45. reuocata. Et ad minus certissimum est, non esse reuocatum priuilegii post Leo. 10. a Paulo 3. bul. 8. concessum pro religiosis Societatis, ut eorum Ecclesiae, & cimiteria consecrentur a quouis Episcopo, si diocesanus ultia quatuor menses illud facere differat. Imo si diocesanus ter requisitus modo dicto venire recusset, potest quilibet Episcopus iuxta priuilegium Sixti 4. & Eugen. 4. dictas Ecclesiastis, & altaria consecrare, non spectatis dictis quatuor mensibus.

Quarta conclusio. Praelati regularium possunt reconciliare Ecclesiastis, etiam consecratas, cimiteria, & oratoria quouis modo polluta: & hoc cum aqua ab eis benedicta: maximè in locis remotis, ubi Episcopū per duas dictas adire non possunt pro aquæ benedictione. Ita concessit ministris. Leo. 10. bul. 6. Et Iul. 2. idem concessit minimis: ut habetur in supplem. cōces. 30. Quod etiam intelligitur iuxta concessionē. Leo. 10. Quā
do

do Episcopus non existit intra duas diætas.
Et vna diæta continet viginti millaria : seu
septem leucas, secundum Sylu. ver. beneficiū.
2. 6. 1. & Mandos. in Cancel. reg. 3. q. 2. nu.
20. Imo secundum l. 8. tit. 3. lib. 2. fori, &c. l. 25.
in preg. vna diæta continet decem leucas.

Quinta conclusio. Religiosi in terris infidelium possunt Ecclesias erigere, & reformatre, vestes, corporalia, calices, cimiteria (si Episcopus non ad sit) benedicere, ac ecclesiastas violatas reconciliare, & statuta necessaria facere, & ea mutare, & bis in die celebrare. Ita concessit religiosis Societatis Iesu Paul. 3. bul. 8. & supra c. 5. dub. 1. conclus. 4. adduxi priuilegiū Adria. 6. concedentis religiosis ordinis minorum in terris Indiarum omnem Episcoporum autoritatē pro actibus non requirentibus ordinem Episcopalem, cum limitationibus ibi positis.

C A P. VI.

De priuilegijs circa sacramentum pænitentiae.

D V B. 1. An religiosi cum sola licentia seorum prælatorum, & sine licentia

De privilegijs circa Missam:

ordinarij possint absoluere sacerdotes. Prima conclusio. Religiosi cum sola licentia suorum praetitorum possunt, etiam in Paschate, & in articulo mortis, ministrare sacramenta poenitentiarum, Eucharisticarum, & extremitationis suis famuli, qui in eorum morantur obsequijs. Et possunt eos in suis dominibus sepelire. Et gaudent isti famuli in articulo mortis priuilegijs, & indulgentijs religiosorum. Ita concessit Augustini, Innocen. 6. bul. 1. & Carmelitis Sixtus 4. bul. 37. & Minimum Leo 10. bul. 41. Et Congregatio Cardinalium, prefecit Manu. Rod. 11. compen. in tempore Gregor 13. declaravit, posse religiosos audire confessiones secularium, qui sunt de sua familia, & continui commensales; non tamen eorum, qui deseruunt in eorum monasterijs, iuxta dicta cap. 5. dub. 4.

Secunda conclusio. Religiosi omnes, praeter predicatorum, & minores, non absoluunt validem sacerdotes, qui iuxta modo dicta non sunt de sua familia; si non habent licentiam ordinarij ipsorum sacerdotalium. Patet ex Concilio Tridentino, ses. 23. cap. 15. ubi dicitur, quod nullus sacerdos, etiam regularis, audiat confessiones sacerdotalium, etiam sacerdotum, nisi sit parochus, aut ab ordinario approbatus.

Non

Nō obstante quoniam priuilegio, & consuetudine etiam immemoriali in contrarium. Dixi præter prædicatores, & minores: nam de istis disponitur in Clem. dudu de sepul. quod electi à suis prælatis coram ordinario se præsentent, humiliter petentes, ut suo placito liceat suorum ouium audire confessiones. Et si ordinarius ex causa rationabilis aliquem expellit, non potest confessiones audire. Sitamen sine causa expellatur, nō manet expulsus; sed à Papa tunc sibi conceditur ibi iurisdictio. Imo si non spectata præsentatione dicta, ordinarius præmones dicat non præsentis aliquos religiosos: quia non admittimus, secundum Cardi. ibi, possunt qui erant præsentandi confessiones audire absque alia præsentatione. Nec revocatur dicta Clemética in Concilio Trid. loco citato, quia ibi tatum reuocantur mera priuilegia, & consuetudines contrariae, ut ibi exprimitur: at illa facultas prædicatorum, & minorum est inserta in iure communi illius clementinæ, sicut aliæ leges Ecclesiæ. Et iuxta morem loquendi Iuristatum, nomine priuilegij, non intelligitur quod est in corpore iuriis insertum. Secundo, quia lex de novo instituta nō reuocat priuilegia in

De priuilegijs circa confes.

iure inserta; nisi de illis fiat expressa mentio;
licet apponat quaslibet non obstantias ge-
nerales, & reuocet omnia priuilegia. Cum
priuilegia in iure inserta vedicent sibi aliud
nobilius nomen ; & sint iam leges commu-
nes. Ita communiter Iuristæ in le. hæres. ab
sens. ff. de iudicijs, Felin. cap. 1. de rescript.
nu. 12. Nau. lib. 3. cons. 87. tit. de regu. Bar.
ver. vel diuersius in authen. qua in prouin-
tia, & alij quos refert & sequitur Man. Rod.
in qq. reg. to. 1. q. 59. art. 2.

Si arguas ex cap. licet de consti. in 6. vbi
habetur , quod princeps condens legem,
censetur abrogare priorem contrariam : cu
præsumatur habere totum ius in scrinio pe
ctoris sui. Ad hoc dico , quod hoc decre
tum non intelligitur generaliter , ita quod
ferente Papa aliquam legem negatiuam,
derogat omnes affirmatiuas circa eandem
materiam . Hoc enim est contra Docto
res communiter sentientes , quod nulla lex
posterior absolute lata derogat legem spe
cialiem , vel priuilegia in iure inserta , si nul
la sit istorum mentio. Sicut lex concedens
nobilibus noctu arma defferre , non reuoc
atur per legem postea absolute præcipien
tem , quod nullus tunc arma defferrat , sine
renov.

reuocatione prioris legis. Et patet hoc ex regul. 34. de regul. iuris in 6. quæ sic ait, generi per speciem derogatur, id est, legi generali per specialem derogatur. Et secundum hoc ait Nauar. lib. 3. cons. 1. de clericis non residem, quod leges generales limitantur per particulares. Intelligitur, ergo, illud decretum quando duæ leges contrariæ conduntur. Et dicuntur contrariæ, non quando una est negativa, & altera affirmativa. Sed quando sunt incompatibles, ut istæ, compatrios possint contrahere matrimonium; compatres non possunt contrahere matrimonium. Tunc enim, quando una istarum legum editur, altera reuocatur, licet non fiat mentio illius. Benè tamen compatiuntur inter se duæ leges, quarū una est vniuersalis negativa altera particularis affirmativa. Ut iste nullus regularis sine approbatione ordinarij, audiat sacerdotali confessiones: fratres prædicatores, & minores, sine tali approbatione audiant sacerdotali confessiones. Præterquam quod Concilium tantum procedit contra audientes sacerdotalium confessiones ex consuetudine, aut priuilegio: ut patet ex textu, dum subditur, quibusuis consuetudinibus, & priuilegijs in contrarium non

obstantibus: quod est priorum verborum explicatio. Non tamen loquitur contra fratres prædicatores, & minores, qui ex iure communi dictæ Clem. dudum de sepul. cū sola præsentatione coram Episcopis modo ibi declarato, illud (ut iam dixi) præstare possunt.

Tertia conclusio. Religiosi ab Episcopo approbati, etiam parocho renuente, possunt audire confessiones ouium talis Episcopi. Ita concessit minoribus Alexand. 4. bul. 24. vbi eis concedit posse prædicare, & confessiones audire, assensu parochorū minimē requilito. Et Clemens. 4. bul. 10. concedit minoribus, quod si talis licentia prædicandi, & confessiones audiendi detur eis à legatis Papæ, possint ea uti sine consensu inferiorum prælatorum, & curatorum. Et à Ioanne. 22. bul. 1. damnatur Ioannes de Polizco afferens, quod confessi religiosis expositis, tenentur iterum eadem peccata confiteri proprio sacerdoti, aut parocho. Et Sextus 4 bul. 53. pro præparatoribus, committit inquisitoribus hæreticæ pravitatis hoc punire. Ex dictis patet, quod licet clericis ab Episcopo expositi cum limitatione ne confessiones audiant renuente parocho,

non possint confessiones audire, parochio
renuente, cum iurisdictio istorum sit à solo
Episcopo, & sic ab eo limitabilis: secùstamē
est de religioso explicito cum eadem limita-
tione. Quia dicta Pontificum priuilegia re-
ligiosis concessa hoc illis concedunt expres-
se. Quæ concessio non potest ab Episcopo
tolli, aut limitari.

Dub. 2. An religiosi cum sola licentia ordi-
narij, & sine præsentatione facta per suos
superiores possint audire confessiones ouïa-
talis ordinarij.

Prima conclusio. Religiosi nostri ordi-
nis predicatorum sine dicta præsentatione,
etiam cum licentia ordinarij, non absoluunt
validē. Cauetur enim in constitutionibus is-
tius ordinis, ne isti religiosi audiant extra-
neorum confessiones sine licētia, & appro-
batione sui ordinis. Ita dis. 2. cap. 12. Et in
capitulo Romæ, anno. 1589. statuitur autho-
ritate Apostolica, quod nullus admittatur
ad confessiones fratrum, aut sacerdotalium: ni-
si per quinque examinatores. Et ubi tot nō
suppetunt idonei patres, per tres administrus,
idoneus iudicetur. Et præcipitur examinato-
ribus in virtute Spiritus sancti, & sancte obe-
dientiæ, & sub excommunicatione latè sen-

De priuilegijs circa confess.

tentia, ut per vota secreta sua dantes suffici-
gia, secluso omni particulari affectu, in suf-
ficientes excludant, & sufficientes admit-
tantantum. Et in capitulo Venetijs c. l bra-
to anno. 1592. idem etiam statuitur, & sus-
penduntur non approbati ut supra ab audi-
tia confessionum, quo usque per quinque
examinatores per vota secreta sint appro-
bati. Secundo, in quadam bulla Iulij. 2. inti-
mata in capitulo generali Salmaticæ, anno
1551. sub Francisco Romeo Castelionensi
tunc Magistro generali, & in isto capitulo
acceptata, annulantur omnes licentia obti-
tae, & obtainenda ab ordinariis, per dictos re-
ligiosos ad confessiones audiendum, sine li-
centia, & consensu suorum prælatorum. Ita
etiam refert Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q.
60. ar. 3. Et licet aliæ religiones posint uti if-
ta bullæ per communicationem; cum conti-
nuit priuilegium concessum in favorem iu-
risdictionis prælatorum regularium; ad quos
spectat præsentare suos religiosos ab ordi-
nario approbando: Si tamen tales prælati
ista bullæ non utantur: eorum religiosi possunt
absoluere secularares iuxta potestatem sibi
ab eorum ordinariis concessam. Non tamen
poterunt absoluere à casibus tali ordinario

reservatis. Quia priuilegia Papæ concedentia religiosis possunt absoluere à casibus ordinario reservatis, supponunt, quod sint ordinario præsentati per suos superiores. Ita communiter Doctores in. 4. d. 17. Naua. in magna. cap. 9. num. 6. Enriq. tom. 1. lib. 6. cap. 6. num. 6. Et idem sentit Manu. Rod. de casib⁹ Bape reservatis. Nō enim est credibile Papam concedere absolutionem à suis casibus & non à casibus Episcoporum.

Secundū conclusio. Taliter est necessaria omniis religiosis dicta præsentatio, quod si semel per suos superiores præsentati, & ab ordinario expositi, iuridicē, & legitimē per suos prelatos inhibiti, & suspensi ab audience confessionum intentent absoluere nihil faciunt. Ita Enriq. Siluest. verb. confessor. 2. 6. 11. Lud. Lop. to. 2. c. 8. de bullz, & Man. Rod. 2. Et patet ex privilegio Leo. 10. concessō prædicatorib⁹ ad istatia sui generalis Stephani Vfusmaris. Dato Romæ dic. 7. Ianua. anni. 1515. Vbi reuocātur licētię cōcessę, & cōcedēdę suis religiosis ad eos sc̄llores eligendum, & confessiones audiendum; quas ipse magister generalis reuocandas iudicauerit, & unde cumq; emanatas gratias, sine licentia superiorum conceder-

241 De p*riuilegijs circa confess.*

eccl^e das annullat; nisi manu Pap^e, aut Car-
dinalis protectoris sunt signatae, ergo religio-
ni ordinis prædicatorum, & alij etiam per
communicationem non faciunt confessio-
nes validas contra prohibitionem iuridicā
suorum p^rælatorum. Dixi si iuridicē inhi-
beantur: nam si per prohibitionem extractu-
ritale interdicatur religiosus à suo supe-
riori, ne audiat confessiones, peccabit illas
audiendo secundum Soto d. 18. q. 4. art. 3.
circa fin. Enriq. & Ludou. Lop. contra cano.
relec. de pœnit. p. 5. tamen absolutiones sal-
tim non reseruatorum erunt validæ. Et ita
intelligitur Ledes. cap. 13. pœnit. dub. 12.
Et patet, quia iam iste est adeptus legitimā
approbationem: sed in religionibus bene,
& suauiter omnia disponentibus nō potest
quis priuari officio prædicatoris, vel confes-
soris; nisi per sententiam latam in conui-
ctum: cum priuatio ista inter pœnas grauio-
res computetur, ergo per simplicem p^rælati
prohibitionem non manet religiosus dictis
officijs priuatus.

Dab. 3. An approbatio regularium pos-
sit ab ordinario limitari ad certum tempus,
locum, & personas. Prima conclusio. Si ordi-
narius sine rationabili causa limitat regula-
rium

sum approbationem, manet limitata quan-
tum ad iurisdictionem ab eo delegatam; in-
tamen quantum ad iurisdictionem ex princi-
picio Papæ concessam ipsis religiosis se-
mel approbatis; sed quantum ad hoc sunt
habendi veluti absolute approbati. Ita En-
riq. to. 1. lib. 6. c. 6. n. 8.

Secunda conclusio. Si ordinarius ex ra-
tionabili causa, sicut ex def. ffe. &c. sci. ię pre-
mercatoribus, &c. restringat regularium ap-
probacionē, vel let restrictionē; nec potest reli-
giosus etiam per bullam, aut sua priuilegia
agere contra illam restrictionē. Ita Angles-
ti. confessor. 4. num. 25. Conceditur enim
Episcopis in clem. dudum, de sepul. posse
ex rationabili causa non approbare religio-
sum à suo prælato præsentatum, ergo afor-
tiori possunt limitare approbationem ex
causa rationabili, ita ut sit approbatus ad
certum locum, & non ad alia, vbi maiori
scientia opus est, & sit approbatus ad certū
tempus, vt vacet studijs.

Ex dictis patet, quod sicut approbatus
pro omnibus, exceptis negotiatis ex def-
fectu scientiæ, non est ab ipsis, etiam per bul-
lam, aut aliud priuilegium eligibilis in con-
fessorem; sic nec approbatus pro omnibus,
excep-

De priuilegijs circa confes.

exceptis mulieribus ex deff. & u. atatis, est
ab istis etiam per bullam, aut aliud privile-
gium eligibilis in confessorem; nec pro illis
idoneus censetur. Quia idoneitas confessio-
ris consistit non tantum in scientia peritia,
sed etiam in probitate vita, in morum ve-
nustate, modestia, &c discretione, ut colligi-
tur ex Clem. dudum de sepul. Quę idoneitas
regulariter non reperitur in sacerdote iube-
ni respectu foeminarū. Ita tenet Lud. Lop.
2.p.c. 8.de bulla. Et hoc reputat securius Le
def. c. 13.de pœnit. & Man. Rod. infu. 1.p.c.
60.m. 4. Licet alij aliter probabiliter sciāt,
sicut Antolinez in expositione Cruciatæ,
Enriq. to. 1.lib. 6.c. 6.n. 8. Vega to. 1.c. 62.ca
su. 75. in fin. Et Sanchez to. 3. de matrim. dis-
put. 74.n. 16.

Dub. 4. An approbatio, seu expositio regu-
larium ad confessiones audiendū sit perpetua.
Primacōclusio. Sacerdos secularis aut regu-
laris expositus pro certo tempore, illo tempo-
re finito, finitur eius expositio: nisi in casu
quo quis sit expositus usque ad Domini-
cam in albis, verbi gratia, & audita infra
illud tempus alicuius confessione, opor-
tuit diffire absolutionem per aliquos dies,
tunc petatur iste sacerdos illum pœnitentia-

tem

tem absoluere , etiam post Dominicanum in
Albis. Ita Ledes. cap. 12. de pœnit. licet op-
positum reputet securius. Sed patet, quia
confessor ille habuit tunc iurisdictionem
ad audiendam illam confessionem, & diffe-
rendum absolutionem pro tempore sibi vis-
so conuenienti, iuxta cap. omnis vtriusque
sexus, de pœnit. & rem. ergo potest postea
perficere sacramentum. Licet enim spiraf-
set licentia audiendi nouas confessiones, no-
tamen licentia finiendi inceptas.

Secunda conclusio. Religiosi semel expo-
siti ad confessiones audiendum in aliqua
diœcesi, si inde exeant, & iterum reuertan-
tur, non tenetur se iterum præsentare eidē
Episcopo pro noua licentia. Ita cōcessit Eu-
gen. 4. inter viua ora. de quo Soto. d. 1 8. q. 4.
ar. 3. & Naua. in manu. cap. 27. n. 262. Imo
nec tenetur se præsentare Episcopo suc-
cessori, dum non reuocat eorum licentias: ve
ait Silu. ver. confessor. 2. n. 4. & Ange. ver.
confessor. 4. n. 25. Ecidem etiam est de quo
vis confessore, etiam sæculari, ut ait Ledes.
& Enriq. to. 1. lib. 6. c. 6. n. 7.

Maior difficultas est, an talis expositio
possit reuocari ab Episcopo, qui exposuit,

De priuilegijs circa confes.

vel saltem ab Episcopo succedente, & ad
hoc sit. Tertia conclusio. Expositio regulare-
rum non potest revocari ab Episcopo qui
exposuit, neq; a capitulo in Sede vacante.
Ita concessit Clem. 4. Bul. 4. Potest tamen
revocari ab Episcopo succedente. Ita Pius,
5. Bul. 10. vbi de cernitur, quod religiosus se-
meli ab Episcopo praevio examine approba-
tus, ab eodem iterum non posse examinari;
bene tamen ab Episcopo successore. Non
obstatibus priuilegijs, &c. Vbi revocat quo
ad hoc, quod ante concesserat inter viua
ora, die. 23. Martij, anno. 1567. revalidan-
do priuilegia minorum in foro conscientie,
licet sint contra Concil. Triden. Item, similis
declaratio facta a Congregatione Cardi. re-
fertur a Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 59. ar-
tice. 4. Et talis est. Congregatio Concilij cen-
suit, regulares semel ab Episcopo praevio
examine approbatos, iterum ab eodem E-
piscopo non esse examinandos. Bene tamen
a successore iuxta constitutionem praedictam
Pij. 5. Quæ a Gregorio. 13. non est revocata
per reductionem priuilegiorum mendicant-
ium ad terminos iuris, & Concilij Trid. Et
ista declaratio Cōgreg. Cardin. in tempore
Sixti. 5. & post Gregoriū. 13. facta est; &

Sic a Gregor. XIII. non potuit revocari.

Quarta conclusio. Probabile est expositionem fratrum prædicatorum, & minorum esse perpetuam. Ita tenet Manu. Rod. in qq. reg. tom. I. q. 59. art. 4. & probat primo, ex extraua. inter cunctas, ubi ista perpetuitas istorum ordinum pro confessionibus audiendis videtur insinuata, dum dicitur. **Data vero licentia (prædictis, scilicet, religiosis) per dicces fanorum mortem nullum us terminari.** Quæ verba videntur approbari in Clem. dudum de sepult. dum cōceditur prædicatoribus, & minoribus eadem authoritas quam habent parochi; sed Episcopi a parochiis tollere authoritatem absoluendi minime possunt; eu de iurē diuino illam habeāt: ut patet ex Concilio Trid. ses. 23. ca. 15. id insinuante, ergo idem videtur dicendum de prædictis religiosis. Si dicas dictos religiosos habere extensiū tantam authoritatem, quantam parochi: & hoc probare argumen tum; non tamen quod illam habeant ep modo, quo parochi alia de iure diuino illa haberent. Ideo probatur secūdo, quia Pius V. bul. 12. declarat expositionem prædictorum religiosorum esse perpetuam. Nec revocatur ista declaratio à Greg. 13. bul. 38.

De priuilegijs circa cōfes.

vbi reuecātur omnia concessa mendicanti-
bus per Pium. s. contraria Concilio Tridē.
Tum quia declaraciones Pij. s. cum sint de-
claraciones Concilij Trid. non sunt contra
Conciliū Trid. vt dicemus. c. 9. dub. 5. Tum
etiam, quia Greg. 13. reducit istam reuoca-
tionem ad terminos iuris communis, & Cō-
ciliij Trid. sed concessio, & declaratio Pij. s.
prout concerit prædicatores, & minores
nō est contraria decretis iuris, vel Concilij
Trid. iuxta dicta dub. 1. ergo.

Si obijcias, quia ex declaracionib^z allatis
in tertia conclusione, sequitur prædicatores
& minores posse iterum examinari ab Epis-
copo successore; cum ibi reuocentur cōtra-
ria priuilegia Ad hoc dico, quod si de clara-
tio Pij. s. allata in tertia cōclusione sit à Gre-
gor. 13. reuocata & reducta ad ius cōmune,
iam secundū ius cōmune, clementiæ dudu,
de sepulturis non reuocatum in Conc. Trid.
prædicotorum, & minorum expositio est
perpetua. Si tamen non sit reuocata dicta
declaratio, vt declarauit congregatio Card.
adhuc ista prædicotorum, & minorū exposi-
tio est etiam perpetua. Cū ista perpetuitas
cōpetat illis ex iure cōmuni dicti clementi-
æ, & nō ex priuilegio sicut alijs religioni-
bus.

bis. In declaratione enim praedicta Pij. 5.
sicut, & in Cōc. Trid. nō reuocatur ius cōmu-
ne: vt ibidē patet, nec privilegia in iure cō-
muni inserta. Quia cū ista vēdicēt sibi aliud
nobilius nominē, & sint iam leges cōmunes; nō
manēt reuocata per generalem reuocatio-
nē omniū priuilegiorū. Ita cōmuniter Iuris
tē, in le. hæres absens, ff. de iudicijs, Feli. c.
1. de referip. n. 12. & Naua lib. 3. cons. 87.
tit. de regularibus. Secus tamen est de alijs
privilegijs. Ex dictis patet, quod licet arte
declarationes allatas in. 3. conc. clem. ē. dudū
esset extensa, & cōmunicata Agustinis per
clem. 5. & Carmelitis per Ioannem. 22. vt
refert Manu. Rod. quia tamen extensio ista
nō competit illis ex iure cōmuni, sed ex
mero priuilegio reuocato iam per istas de-
clarationes si valēt, vt certum puto, vel per
Conc. Trid. si dictæ declarationes sint reuo-
catæ & reductæ ad ius cōmune, & ad Cōci.
Trid. iam non faret eis, vt patet.

Dub: 5. An expositio regulariū pro vna
diocesi valeat pro alijs diocesibus. Prima
conclusio negativa stando in iure communi.
Ita Archidi. in ca. perlactis. 25. d. 17. Silu.
ver. confessor. 1. §. 14. Soto. d. 18. q. 4. a. 5. &
cōmuniter, & quādo in Cōc. Tri. se. 23. c. 15


De privilegijs circa confess.

dicitur, quod confessarius sit ab Episcopō approbatus, intelligitur ab Episcopo eius cuius confessionem audit. Nec est audiendus; Codd. in addi. ad §. 16. vbi ait, quod regula Laris in una dioecesi approbatus, est pro omnibus approbatus: ex eo, quod Clem. 7. ut habetur in cōpen. mēdi. t. absolutio quo ad sacerdotes. 1. §. 16. concessit in minimis alicui Episcopo presentatis non debere iterū praesentari, licet ad aliam trāscat diocesim. Sed ista concessio Clem. 7. est sumilis illi cōcessio ni Eug. 4. de qua dub. praece. conclus. 2.

Secunda conclusio. Religiosi ex privilegio possunt aliquando audire confessiones ouium dioecesis, vbi non sunt approbati. Primo, Nico. 5. bul. 2. & Leo. th. inter viua ora. coaccesserunt minoribus obseruantiae ut in dioecesi, vbi sunt expositi, audiant confessiones quorumlibet fidelium. Secundo, Sixt. 4. inter viua ora. concessit minoribus posse audire confessiones sacerularium undeque venientium, ea auctoritate quā habet ab Episcopo dioecesis vbi existunt. Tertio, Paul. 3. bul. 7. concessit præsbyteris Societatis Iesu (alias, iā nunc iuxta Conc. Trid. se. 2 3. c. 15. approbatis ab ordinario) posse absoluere omnes fideles, etiam à reseruatis. Pape ex-

tra bullam Cœnæ. Et nōt. quod licet ista cōcessio vniuersaliter loquatur de omnibus fidelibus, non tamē intelligitur de religiosis quidquid aliqui improbabiliter dicant. Cum isti ex vi suorum statutorū, & priuilegiorū non possint absolui sine licentia suorum superiorum, aut alio clariori indulto, iuxta dicta lib. 1.c. 6.dub. 11. & 12. Nec in cōcessiōnibus generalibus vñquam Pape videantur derogare statuta, quæ ignorant: iuxta nota in cap. ex parte, de foro cōpetenti. Ita Silu. ver. confessor. 2.n.6. Arm. ver. absolutio. n. 23. Quarto, Greg. 13. cōcessit confessoribus, & prædicatoribus Societatis semel ab aliquo ordinario approbatis, & à suis superiorib^z ad ista officia deputatis, ut quoties iter faciunt possint, non repugnantibus parochiis, prædicare, & quorumlibet fidelium cōfessiones audire. Dummodo hoc non faciat in locis vbi ordinarij existunt; nisi cum eorum licentia. Ita in compend. Societat. tit. confessores. §. 2. Quinto, in bulla plumbea Cruciatæ conceditur sumenti illam, posse eligere in confessorem ex regularibus semel tantum approbatum, hoc est, approbatum semel ab aliquo ordinario.

Tertia conclusio. Religiosi possunt uti



De priuileg. circa confes.

dictis priuilegijs, etiam extra sui monasteria. Quia secundum Panor. ca tuarum, & in cū capella, de priuile. quādō datur exēptione ratione loci, scilicet, ratione alicui⁹ Ecclesiæ, aut in monasterij sicut sūt priuilegia concessa religiosis ad celebrandū in suis Ecclesijs in tempore interdicti, non habent locum, nisi in suis Ecclesijs. Attamen quando datur exēmptio ratione personæ, sicut priuilegia dicta supra, commitantur ipsam personam. Secundo, qnia Pius. 4. Bul. 3. & Pius. 5. Bul. 7. concesserūt religiosis, alias scilicet, approbatis iuxta Conc. Trid. se. 23. ca. 15. vbique etiam extra conuentū, ministrare fidelibus sacramentum pœnitentię & Eucharistię.

Dub. 6. An religiosi approbati, possint absoluere à casibus Papæ.

Prima coacl. Regularis, sicut & aliis sacerdos ab ordinario approbatus potest absoluere habentes bullam Cruciatæ à casibus Papæ, sola hæresi excepta, semel in vita, & in articulo mortis. Ita habetur in Bulla. Vbi etiam conceditur bis sumnienti Bullam intra annum, posse bis in vita à predictis (excepta hæresi) absoluiri.

Secunda coclusio. Regulares, alias approbati iuxta Conc. Trid. se. 23. ca. 15. possunt

juxta sua priuilegia absoluere quoties opus sit omnes fideles à casibus, sententijs, censuris, & poenit Ecclesiasticis etiam Pape, extra Bullam Cœnæ, reseruatis. Ita habetur in priuilegio Paul. 3.bul.7. de qua dub. prece conc.2. Et intelligitur satis facta parte modo explicando, c.7.dub. 1: Nec hoc priuilegium suspenditur per bullam, iuxta dicta c. 3.dub. 7.

Tertia conclusio. Religiosi in terris infidelium remotissimis à Sede Apostolica posse sunt omnes fideles absoluere, etiam à reseruatis in bulla Cœnæ. Ita concessit religiosis Societatis à Pau. 3.bu. 8. Et Adria. 6.bu. 1. iā conesserat ad instantiam Caroli. V. Imperatoris, quod prouinciales Indiarum, & fratres quibus ipsi commisserint, possent omnes Indos, & omnes Christicolas committentes ad opus conuerisionis absoluere in utroque foro, & Papæ autoritatem, quantam iudicauerint expedire pro conuerione Indorum, & manutentione, ac profectu illorū, ac aliorum praefactorum in fide Catholica, & obedientie Romanæ Ecclesiæ uiuentium. Vide c. 5.dub. 1.

Dub. 7. An religiosi approbati possint absoluere à casibus Episcopo reseruatis.

De priuile.circa confes.

Prima conclusio. Regularis, sicut & aliis sa-
cerdos ab ordinario approbatus, potest, quo-
ties opus fit, absoluere habentes bullā Cru-
ci, tē à casibus Episcopo reseruatis. Patet
in bullā.

Secunda concl. Probabilius est posse reli-
giosos, stando in solo iure cōmuni, & seclu-
ſo priuilegio, absoluere à casibus extra ius
commune Episcopo reseruatis. Ita D. Ant.
3. p. ti. 17. c. 11. Silu. ver. casus, & ver. confes-
sio. n. 28. Tabie. ver. dispensatio, §. 15. Ar-
mi. ver. absolutio, n. 25. Panorm. in c. super
specula, ne cleri. vel monachi. Bonif. in cle-
me*t*. dudum, de sepult. & alij. Contra Na-
ua. in manu. c. 27. n. 363. & contra alios. Se-
dū
^d conclusio patet, quia quando alicui conced-
itur priuilegium ad instar aliorum non limi-
tatur isti, si postea alijs limitatur, sed in cle-
men. dudu. de sepult. conceeditur prædicato-
ribus, & minoribus, & cōsequēter alijs reli-
gionibus per cōmunicationem, iuxta dicta,
dub. 4. in fi. facultas absoluēdi à casibus, à qui-
b^o curati de iure possunt absoluere: & ibi da-
tur facultas curatis absoluēndi ab omnibus,
exceptis casibus in iure Episcopo reseruatis
ergo licet post hēc sit limitata curatis ista po-
testas per Episcopū, vel Papā, non ex hoc li-

mita-

tur religiosis; sicut econtra si extenderetur curatis, nō ex hoc extenderetur religiosis; se cundum Bonif. loco. cit. Secundo, quia in dicta clem. datur religiosis à Papa tanta facultas, quanta in iure cōceditur curatis: nec habuit Papa respectū ad statuta Episcoporū quæ pro loco, & tempore variantur. Maximè, quia Episcopi tunc habebat alios casus ex consuetudine sibi reseruatos, ut patet ex extraua. inter cunctas, de priuile. quæ præcissit dictam clem. dudem.

Tertia conclusio. Religiosi, iuxta sua priuilegia, possunt absoluere ab omnibus casibus Episcopo etiam in iure reseruatis. Patet primo, ex concessione Pau. 3. citata du. 5. vbi conceditur religiosis Societatis posse absoluere ab omnibus casibus, censuris, & poenis Ecclesiasticis, solis casibus bullæ Cœnæ exceptis. Sacundo, Eug. 4. bu. 11. concessit Benedictinis, posse absoluere fideles ab omni peccato excommunicatione, suspēsione ac interdicto, exceptis Pape reseruatis. Et inter viua ora. cōcessit cōfessorib⁹ ordinis prædicatorū; vt dū sunt in itenere, aut alibi, ita quod nō possūt petere cas⁹ Episcopales, eo ipso possint vti plenariè autoritate Episcopi. Tertio, Vrba. 4. vt cōstat ex bu. 37 Six-

811 De priuilegijs circa confes.

ti 4. concessit Carmelitis posse audire confessiones fidelium; nisi talia commisserint, ob quæ Sedes Apostolica sit merito confusa. Et Eng. 4 ut constat ex eadem bul. Sixti, concessit eisdem Carmelitis eandem in hoc potestatem, quam habent ex officio minores pœnitentiarij Romanæ Curiæ. Nec obstat si Carmelitæ nō vtantur isto priuilegio ad hoc, quod alij religiosi illo vti valeat per communicationem: cum per communicationem non communicetur priuilegiorū usus, aut non usus; sedius utendi priuilegijs, iuxta dicta lib. 2. cap. 4. Ex dictis patet, quod licet Pius 2. & Sixtus 4. bul. 42. sicut & Eng. 4. bul. 25. & Iulius 2. bul. 23. cōcesserint Benedictinis Valeoleti, posse absoluere seculares in suo cōuentu à casibüs Episcopij; tamen in dictis priuilegijs nulla ponitur restrictio. Et sic religiosi possunt absoluere à cōcessis in illis, etiam dum existunt extrâ sui monasteria, vide cap. 7. dub. 1.

Si arguas primo, quia videntur dicta priuilegia reuocari in Concilio Trid. ses. 14.c. 7. vbi declaratur, posse Episcopos reseruare casus, à quibus inferiores absoluere nō possunt. Ad hoc dico, quod in Concilio Trid. non reuocantur regularium priuilegia, &

multo

multo minus Clementina dudum de sepul.
vbi prædicatoribus, & minoribus, & conse-
quenter alijs per communicationem conce-
ditur posse absoluere à casibus Episcopo ex
tra ius reseruatis: cum non fiat expressa mē-
tio istorum priuilegiorum; sicut sit semper
quoties in aliquo decreto intenditur alicu-
ius priuilegij reuocatio iuxta dicta c. 3. du'.
6. Nec ista Episcoporum reseruatio est im-
pertinens. Tum quia est alijs necessaria de-
lege ordinaria, & officiatiā habens secluso pri-
uilegio. Tū etiam, quia vim habet respectu
nō habentū priuilegium, scilicet, clericorū.

Si arguas secundo, quia consultus Papa
cum Congregatione Cardin. An, religiosi
per sua priuilegia possint absoluere à casi-
bus Episcopi. Respondet Gregorius. 13. Ro-
mæ die. 10. Septemb. anni. 1577. quod nō.
Itē pīscopo Caietæ cōsulēti Cōgregationē
Card. An per ballas ordinarias in quibus cō-
ceditur posse absoluī à casibus Papæ, cōpre-
hendantur etiā casus reseruati Episcopis, &
prælatis religionū. Respōdet quod non: nisi
de eis fiat expressa mētio. Ad hæc respōde-
tur. Gregoriū 13. die. 10. Maij anni 1583.
declarasse nō esse mētis suæ, quod per dictā
reuvocationē sit derogata facultas religiosorū

De priuilegijs circa cōfes.

Societatis Iesu, absoluendi à casibus reseruat, eaq; quatenus opus est confirmat & de novo cōcedit, ita refert collector priuilegio-
rū Societatis tit. absolutio. §. 1. Ex quo sequi-
tur religiosos istos, & alios cū ipsis cōmuni-
cantes posse virtute suorum priuilegiorum
absoluere à casibus Episcopi, iuxta dicta c.
4. concl. 3. maximē in. 2. corolario.

Si arguas tertio. Quia post hæc congrega-
tio Card. ex mandato Clem. 8. die. 9. Ianua.
 anni. 1601. præcipit sub excommunicatio-
 ne, & priuatione officiorum, & dignitatum,
& in habilitatione ad prælatias, ipso facto,
 confessarijs secularibus & omnibus regula-
 ribus, etiam Societatis Iesu, ne prætextu
 quorumlibet priuilegiorum absoluant à re-
 seruatis, aut reseruandis, ordinarijs, aut à ne-
 seruatis Papæ, scilicet, in Bulla Coenæ (vt
 p. sthæc viua voce moderauit) nec ab ini-
 cione manus violente in clericum, nec à
 violatione immunitatis Ecclesiæ, aut clau-
 suræ monialium ad malum finem, nec à pro-
 uocatione, aut pugna induelo, nec à symo-
 niæ reali scienter contracta, nec à confiden-
 tia beneficiali sine noua ordinariorum li-
 centia, aut sine licentia Papæ ordinarijs
 ostendenda. Ita refertur in summa consti-
 prædi,

prædi. 2. p. cap. 69. Ad hoc dico, post Clem.
8. esse de novo confirmata, & innouata di-
cta, & alia regularium priuilegia eis, quousque
modo, etiam per communionem indul-
ta, alias non contraria Concilio Trid. iuxta
dicta supra cap. 3. dub. 5.

D V B. 8 An religiosi in sacramento poenitentiæ possint cum fidelibus dispensare in votis, & in ramentis. Prima conclusio. Reli-
giosi ad confessiones expositi ab ordinario,
possunt dispensare in votis etiam Episcopo
reservatis. Quia Eug. 4. bul. 25. & Iul. 2. bul.
23. hoc concesserunt priori, seu præsidenti,
& quatuor monachis ab ipsis deputatis, vel
ad hunc deputandis, & remouendis conve-
tus Benedictini Valeoletani. Et licet iste co-
cessione petant talium dispensationem fieri
debere in ipsis conuentu: tamen Martinus
5. idem eisdem sine tali restrictione co-
cessit. Ita habetur in compen. Societatis tit.
de poen. 5. 10. Imo licet religiosi non po-
sint dispensare in votis Pape resarvatis, scilicet
in votis simplicibus omnimodæ & per
petuæ castitatis, religionis, & peregrinatio-
nis Hierosolimitanæ, Romanæ, & Cöpostel
ianæ, quādo sunt absoluta; benē tamen quā-
do ista vota sunt peccalia, aut conditionata.

Quia

quia ut sic non sunt P^ep^t reseruata, vide conclu. sequentia censes. iocnem Sixti 4.

Secunda conclusio. Licet qui potest etiam ex priuilegio dispensare in votis, possit illa a fortiori commutare: cum sit minus commutare, quam dispensare; tamen ultra hec possunt religiosi commutare in quodvis opus pium omnia vota, praeter illa quinq; Pape reseruata. Ita concessit Benedictinus Eug. 4. bul. 11. & 25. & Iulius 2. bul. 23. Paul. 3. Societati bul. 7. In modo Eng. 4. bul. 11 non exceptit illa quinque vota. Et Greg. 13. vt refert Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 63. ar. 5. extendit praedictam concessionem ad vota iurata eiusdem materiæ; dum tamen non fiat commutatio in præiuditum tertiae personæ. Non tamen fit in præiuditum tertiae personæ, quando iuramentum factum Deo dando calicem vni Ecclesiæ, commutatur, aut applicatur alteri Ecclesiæ: ut cum communis sententia tenet Nauar. Et ista concessio Gregorij est peculiaris. Quia licet qui potest dispensare, & commutare vota; idem possit circa iuramenta votiva: cum idem sit, & simul reseruentur, & concedantur, vt ait Soto. 8. de ius. q. 1. ar. 9. & est contra Nauar. c. 27. n. 272. non tamen potest ex hoc dispens-

dispensare, aut commutare vota iurata: ob duplex vinculum voti, scilicet, & iuramenti: ita d. Tho. 22. q. 89. art. 8. Enriq. to. 5. lib. 7. c. 30. n. 5. in fin. & Man. Rod. loco cit. Secundo, Sixtus 4. & Leo. 10. vt dicetur ca. 7. dub. 1. concord. 1. inter alia cōcedunt Minimi, posse omnia vota commutare, & relaxare, sicut potest dioecesanus.

Tertia conclusio. Qui potest dispensare, & commutare vota, melius faciet ut ēdō in hoc vtraq; potestate, ita Enriq. loco cit. vt nō defecctus in assignando sufficientem materiam pro commutatione suppleatur per dispensationem: & causa sufficiens maior pro dispensatione, quam pro cōmutatione suppleatur per commutationem.

D V B. 9. An religiosi ad confessiones expositi possint cum cōiugibus incestuosis, aut voto castitatis astrictis dispensare in petitione debiti. Prima conclusio. Ipsi religiosi ex cōmissione suorum prouincialium possunt, in foro tantum conscientiæ, dispensare cum coniugibus, qui carnaliter peccaverunt cū consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitū à suo coniuge. Ita concessit Pius 5. inter viua. ora. Imo & Iulius 2. bul. 23. cum Mair. 5. iam concesserat

271 De priuilegijs crica confes.

rat priori, seu præsidenti monasterij Benedictini Valeoletani, & tribus, aut aut quatuor monachis eiusdem conuentus per priorem, seu præsidentem deputandis, & ad nutum reuocandis, ut possint in suo monasterio, inno & extra, ut ex contextu coligi videtur, cum prædictis dispensare. Et ista cõcessio, ut in eadem bullâ habetur, est iam extensa ad alia monasteria dicti ordinis. Et consequenter alijs ordinibus communicata iuxta dicta cap. 4.

Secunda conclusio. Dicti religiosi ab ordinario expoliti, ex commissione suorum prouincialium possunt, in foro tantum conscientiæ, dispensare cum eo, qui ante matrimonium voulit castitatem; ut possit à suo coniuge petere debitum. Ita concessit Pius 5. inter viua ora. Sed aduertant confessores dispensato, quod si soluto matrimonio superuixerit, non potest aliud matrimonium contrahere. Et si defacto peccando illud contrahat; non potest petere debitum à nouo coniuge sine noua dispensatione.

Tertia conclusio. Prædictorum dispensatio non potest fieri sine causa legitima. Et erit pro nunc causa legitima, si coniuges non se possunt cõtinere. Ita Matru. Rod. in sum. 1. par. cap. 238.

Quar-

Quarta conclusio. Religiosi ab ordinario expositi designati à suo generali, aut de istius licentia ab alio superiore, dicto generali subordinato possunt aperire literas sacraꝝ pœnitentiariꝝ absignatas, & directas in foro conscientiæ Doctoribus in Theologia, vel iure canonico; & absoluere, & dispensare iuxta earum tenorem. Ita concessit Societati Iesu Greg. 13. bul. 33.

C A P. VII.

De priuilegijs regularium circa censuras Ecclesiæ.

DV B. 1. An religiosi possint absoluere a censuris. **P**rima conclusio. Religiosi ab ordinario approbati possunt quoties opus sit absoluere ab omnibus censuris, sententijs, & pœnis Ecclesiasticis, etiam Pape extra bullam coenæ reseruatis. Patet ex dictis cap. 6. dub. 6. & 7. Et consequenter possunt absoluere manifestos percusores clericorum, & nominatim excommunicatos, & alijs sententijs

222 De privilegijs ciaca censura.

tentijs latis ab homine ligatos. Non obstante quod Leo. 10. in bul. 45 de qua supra ca. 3. dub. 5. decreuit non posse religiosos absoluere sacerdtales a sententijs ab homine latis, reuocando contraria priuilegia. Tum quia iuxta dicta ibi priuilegia in illa bulla reuocata iam sunt iterum per alios Pontifices, maxime per Paulum 5. confirmata, & reuadata. Tum etiam, quia alij Pontifices post Leonem, ut patet ex cap. 6. dub. 6. & 7. absolutē concesserunt religiosis posse absoluere a censuris, non excipiendo censuras ab homine latas, sed tantum reseruatas Pape in bullis Cœnæ. Et sic præter istas, alias a Papa, & alijs inferiorib⁹ latas tollere possunt, iuxta dicta lib. 1. ca. 6. dub. 15. Item, Sixtus. 4. concessit Minimis posse absoluere ab omni excommunicatione suspēsione, interdicto, ac irregularitate tam a iure, quam ab homine reseruatis quoties opus sit, ac omnia vota cōmutare, & relaxare sicut potest diœcœsus. Et quia posset dubitari an ista concedatur religiosis pro secularibus: ideo Iulius 2. in confirmatione ordinis minimorum ait; quod dicti minimi quarilibet personarum Ecclesiasticarum, & sacerdtales vilibet possint audiare confessiones, & ipsi auditis, perso-

mas ipsas iuxta tenore priuilegij Sixti 4. ministris dandum concessi , ac confirmati absoluere , & pœnitentiam salutarem illis injugere possint . Ita refert Manu . Rod . in qq . reg . tom . 1 . q . 61 . art . 3 .

Secunda conclusio . Prædictæ absolutiones , sicut & absolutiones factæ per bullam Cruciatæ , aut aliud priuilegium valent etiā pro foro externo præmissa satisfactione : & sine illa quando non est possibilis , pro foro conscientiæ tantū . Ita Medina in sum . lib . 2 . c . 12 . contra Manu . Rod . q . 61 . art . 6 . contra Gut . & Couar . ab eo relatos , & cōtra Naua . lib . 5 . cōf . 47 . de sent . excōmu . Et confir . ex declaracione Pij . 5 . in quodā iubileo ab eo cōcesso 15 . Kalen . Nouēb . anni . 1568 . vbi sic ait , declarantes insuper tam præsentes , quam alias quascumque concessiones similiū , & dissimiliū indulgētiarum à nobis , & prædecessoribns nostris emanatas , & in futurum quomodolibet emanandas literas Christi fidelibus , ipsis nisi ad earum effectū in foro conscientiæ , & pœnitentiali consequendum dumtaxat , non tamen in foro contentioso , nisi satisfecerint , vllatenus suffragari . Vbi duo insinuantur . Primo , quod satisfacta parte , possunt absolui etiā a

De priuilegijs circa interd.

cēsuris ab homine latis in foro etiam contētioſo. Secundo , quōd pōſſunt in foro conſcientiæ abſolni ſine ſatisfactione : maximē cum cautione de ſatisfaciendo: cum commo dē fieri pōſſit ; ſicut cum ſubſcriptione pōnitentis , fideiuſſore , pignore , vel faltem præſtitio iuramēto ſi allia nō ſint pōſſibilia.

Circa interdictum.

DV B 2. An religiosi habeant aliquot priuilegia circa interdictum, & cefſationem à djuinis. Et an ſint reuocata. Pri- ma conculſio. Religiosi in hoc habent multa priuilegia. Primo, in conuentibus separatis à populo pōſſunt religiosi in tempore interdicti generalis diuina celebrare alta voce, campanis pulsatis, ianuis apertis; excludiſ tamen interdicti , ſciličet, ſpecialiter, & ex comuniū icatis , ſciličet, non tolleratiſ. Ita cōceſſit Cistercien. Vrba.4.bul.3. Et iuxta hoc Iulius 2. bul. 9. pro minoribus concesſit, quōd ſi in aliquo oppido promulgetur interdictum, extēdendo illud ad tria miliaria, ut ſic comprehendat aliquod monaſterium religioſorum : non teneantur religiosi illud ſeruare. Nisi ali s monaſteriū exiſtat intra termi-

terminum ex more præscriptum, ut iuxta ius cōmane teneantur religiosi illud seruare. Secundo, Ecclesiæ religiosorum non possunt interdicti speciāliter, nisi religiosi deducant causam interdicto, vel nisi ille ad eius instantiam interdicuntur, prouideat religiosis de victa. Ita concessit minoribus Leo. 10. Bul. 29.

Tertio, religiosi in tempore interdicti, alias, non Apostolici possunt canere benedictionem mensæ, & gratias post refractionē, & facere processiones per claustra, canendo hymnos, letanias, & alia quæ sunt in usu. Ita in compen. mendi. ti. interdictum. 1. §. 20. Quarto, in interdicto, & cessatione possunt religiosi bini, & plures extra Ecclesiā officium diuinū recitare. Ita ibi. §. 18. Quinto, in interdicto, etiam Apostolico, possunt religiosi celebrare publicē, & solemniter festa sanctorum ordinis cum octauis, ut potest prædicatores in festo. B. Dominici, Petri Martiris, Thomæ de Aquino, Vincentij, & Catharinae Senensis: & minores in festo. B. Francisci, Antonij de Padua, Ludouici, Bonaventuræ, & S. Claræ qui soli erant tunc in dictis ordinibus canonicati, & alias religiones idem poterunt in festis, & octauis si-

De priuilegijs circa interd.

milium Sanctorum, tunc canonicatorum, etiam si talia festa in octauis habeant solam memoriam: & etiam si ista festa sint translata; cum quibus etiam indulgentiae pro illis diebus transferruntur. Et intelliguntur ista, nisi alias Ecclesiæ religiosorum sint specialiter interdictæ, aut ipsi religiosi sint nominatim interdicti, vel dederint causam interdicti. Ita concessit præparatoribus Leo. 10. bul. 34. Et idem concessit pro cessatione Iulius 2. bul. 15. Idem concessit Leo. 10. bul. 38. & 39. cum dicta limitatione, & exclusis nominatim interdictis, & excommunicatis non tolleratis, pro festo Conceptionis, Nativitatis, ac Visitacionis. B. Virginis, & pro nativitate S. Ioannis Baptistaræ; pro festis, & octauis Patronorum suorum Ecclesiarum, & Sanctorum quorum corpora in eorum Ecclesijs sunt condita; & à primis vesperris Dominicæ in Ramis, usque ad Dominicam in Albis; & pro missis nouis religiosorum à primis vesperris usque ad finitam Missam. Et pro tempore quo religiosus, vel religiosa profitetur, aut vellum accipit potest interdictum suspendi. Item, interdictum latum ab ordinario potest suspendi in dominibus religiosorum ad sepeliendum ibi religiosos.

giosos cum solemnitate, & campanis. Ita concessit minoribus Iulius 2. bul. 7. Imo & per bullam concessam Benedictinis, ut habetur in compen.mendi. tit. interdictum. 1. §. 25. & tit. interdictum. 2. §. 10. potest suspendi omne interdictum, etiam Apostolicum, & cessatio à diuinis ad sepelendos religiosos, etiam nouitios, conueios, & famulos solemniter cum officio, & Missa, exclusis specialiter interdictis, & excommunicatis non tolleratis. Quin etiam in festis in quibus religiosi suspendunt interdictum, possunt omnes fideles ibi cum dicta solemnitate sepeleri, ac alia fieri ac si non esset interdictum, exclusis iam dictis. Ita concessit Leo. 10. loco citato. §. 7. & 11. Et sic iuxta istam concessionem possunt tunc in Ecclesijs religiosorum omnia sacramenta ministrari, ut ibi exprimitur. Ita Cord. in quadam resolutione ab eo circa hoc facta. Vbi nota, quod quoties in dominibus religiosorum suspenditur interdictum, aut cessatio, possunt clerici, & alij ibi solemniter omnia quae religiosi exercere. Ita loco cit. §. 1. 2. & 3. & Sylvest. ver. interdictum. 5. q. 5. 7.

Sexto, famuli, procuratores negotiorum

religiosorum, & operarij non ligantur interdicto, aut excommunicatione lata in personas, aut terras vbi religiosi habitant. Et possunt audire diuina in interdicto; nisi sint excommunicati, aut specialiter interdicti, vel ei causa dederint. Ita Alexand. 4. bul. 7. Imo ex concessione Eug. 4. bul. 9. probene dictinis, omnes habitates intra septa monasterij in interdicto possunt non tantum audire diuina; sed & sacramenta recipere. Item, in interdicto, & cessatione fratres omnes, etiam conuersi, nouitij, donati, moniales, servitores, famuli, & famulæ monasteriorum possunt omnia sacramenta recipere: dum tamen Eucharistiam recipient coram valentibus ex iure, aut priuilegio audire officia diuina. Ita in compen. mendi. tit. interdictum. 1. §. 4. & interdictum. 2. §. 1. Itē, tertiarij, beatæ, servi, familiares, domestici, sindici, æconomi, procuratores, aduocati, officiales ordinarij monasteriorum religiosorum, & monialium in interdicto generali, aut speciali interesse possunt diuinis, & in domibus religiosorum sine pompa sepeliri, & ibi omnia sacramenta recipere cum cautela, cap. alma mater. Dum tamen prædicti nec sint excommunicati, nec specialiter inter-

interdicti, nec dederint causam interdicto. Et iuxta ius commune, & religiosorum priuilegia, familiares, & domestici vocantur, qui in domibus religiosorum commorantur, & illorum bonis aluntur; licet aliquando ob aliqua negotia absint à monasterijs. Et sic ancillæ, & seruitrices monialium, & aliæ mulieres intra illarum monasteria existentes, licet sint portionistæ, gaudent dicto priuilegio, ut habetur loco cita. tit. interdictum. 3 Et idem etiam est de operarijs ob stipedium pro diebus operis, & de famulis, operarijs, & mercenarijs residentibus in grangijs, aut alijs locis religiosorum, qui dicto gaudent priuilegio, quando veniunt ad domos religiosorum. Item, prælati regulares possunt eligere sex personas successores, qui in interdicto speciali, & cessatione, alias non latis à Papa, vel authoritate Apostolica, possint gaudere prædictis. Ita concessit Nicol. 5. bul. 4. & ex concessione Ioannis Episcopi maioris penitentiarij possunt eligere alias sex personas ad diuina ad sacramenta, & sepulturam in interdicto & cessatione, ita in compend. Benedictinorum conces. 53. Et per aliam concessionem cuiusdam legati à latere possunt eligere ad

777 De priuit. circa interd.

predicta quindecim personas; dum tamen non sint excommunicatae, vel specialiter interdictae, nec dederint causam interdicto. Ita in compen. Cister. tit. interdictum. I. §. 23. & 24.

Septimo, ex concess. Iulij. 2. loco cit. §. 14. possunt religiosi facere in interdicto specia li omnia, quae facere possunt in interdicto generali. Quia iuxta ius commune quando suspeditur interdictum, non suspenditur pro personis, & Ecclesijs specialiter interdictis: & iuxta ista cōcessionē, quae siūt in interdicto generali in Ecclesijs religiosorum; licet etiā siūt in eisdē Ecclesijs, etiā specialiter interdictis; licet nō corā personis specialiter interdictis. Et Leo. 10. inter viua ora. concedit religiosis, ut eodem modo se gerant, etiam quoad familiares, & alios de quibus supra in cessatione, ac interdicto.

Secunda conclusio. Dicta priuilegia habent modo suam viam, nec sunt revocata, etiam in Conc. Trid. Ita Medi. in su. lib. I. §. 13. Ludou. Lop. 2. p. cap. 21. & alij quos refert, & sequitur Manuel Rod. in expositione Cruciat. §. 5. contra Nauar. in manu. cap. 27. num. vlti. & patet ex dictis cap. 3. dub. 6.

Si obijcias, quia in Conc. Trid. sc. 25. ca.
12. præcipitur religiosis seruare interdicta
ordinariorum. Et cōfirmatur, quia licet Pius
5. Bu. 7. declareret Concil. Trid. nō intelligi in
festis religiosorū, & octauis, in quibus reli-
giosi, nō obstatē interdicto, possunt diuina
solēniter celebrare: tamē postea Greg. 13.
Bu. 5. 8. reuocauit Bullā Pij. 5. & vult nō ha-
beret vim in cōtrarijs Concilio Tridentino.
Et licet postea idem Gregor. Bu. 1. pro mi-
noribus confirmet, & de nouo concedat om-
ne id quod non contrariatur Concilio Trid.
& aliās sit in vſu: tamen priuilegium non
seruandi interdictum in dictis festis vide-
tur contra Concilium Trid. Ad hoc dico,
Concilium tantum intendere, quod religio-
fis seruent interdicta ordinariorum, sicut de-
facto seruant. Sed non reuocat dicta priuile-
gia in quibus conceditur religiosis posse ali-
quando suspendere interdictum, & aliqua
ministeria in interdicto exercere. Mens er-
go Concilij est reuocare aliquarum religio-
num priuilegia, in quibus concedebatur eis,
nulla interdicta seruare. Sicut fuit conces-
sum religiosis sancti Ioannis hospitalis Hie-
rusalem per Anastasium. 4. Alexand. 5.
& 4. Vrban. 3. Clem. 3. & 4. Et idem erat

De priuilegijs circa iuterd.

concessum minimis per Leo. 10. Hæc & similia priuilegia reuocantur à Concilio Trident. loco cit. Ex quo sequitur dicta priuilegia non esse reuocata: cum non sint contra Concilium, nec declaratio Pij citata est quo ad hæc per Gregor. reuocata: cum nec etiā sit contra Concilium Trid. iuxta dicta. c. 6. dub. 1. &c. 4.

Dub. 3. An per Bullam Cruciatæ suspendantur dicta priuilegia. Prima conclusio. Bulla Cruciatæ non suspendit priuilegia in iure communi inserta, nec consuetudinem habentem vim legis. Quia ut ait Barto. in extraua. ad reprimendam verbo, non obstatibus, ad hoc quod reuocentur, debet fieri expressi illorum mentio, sicut sepe fit in Concilio Trid. & in Bulla Cœnæ, vbi priuilegia, & consuetudines immemoriales solent reuocari. Secundo, quia priuilegia inserta in iure communi pertinent iam ad ius commune. Ex quo colligunt Doctores, initiatos prima tonsura posse in interdicto interesse diuinis: cum hoc sibi in iure concedatur secundum Nauar. in manu. cap. 27. nu. 173. Et potestas prælatorum regularium ad concedendas literas fraternitatis, in quibus admittunt seculares ad suffragia ordinis no-

sus-

suspenditur per Bullam: & sacerdtales etiam sine Bulla possunt illis frui. Cum facultas ista sit de iure communi , secundum Nauar. de indulg. notabili. 31. num. 21. & 22. ergo, &c.

Secunda conclusio. Religiosi etiam sine Bulla gaudent dictis priuilegijs. Cum in Bulla expresse excipiantur priuilegia concessa superioribus mendicantium quo ad sibi subditos; licet suspendantur quo ad sacerdtales. Et sic famuli, & alij sacerdtales nominati. dub. 2. imo & donati non habentes animum per seuerandi, non possunt in regnis, vbi Bulla Cruciatæ prædicatur, interesse diuinis sine tali Bulla. Nisi forte quis eorum sit necessarius pro adiuuando in Missa. Tunc enim iste iuxta ius commune potest assistere: Sicut alij adiutores. Imo & idem, videtur de personis electis à prælatis regularium iuxta dicta cap. 3. dub. 7. concl. 3.

Tertia conclusio. Religiosi etiam sine Bulla recte suspendunt interdictum iuxta sua indulta. Et sacerdtales tunc, etiam sine Bulla, si alias non sint excommunicati, aut specialiter interdicti, aut dederint illi causam, licet assistunt diuinis. Quia priuilegium suspendendi tunc interdictum , etiam pro sacer-

De priuilegijs circa interd.

secularibus, non suspenditur per Bullā iuxta dicta ca. 3. dub. 7. Item, Leo. 10. inter viua ora. n. 19. concedit minoribus, quod per Bullam Cruciatæ, aut aliam gratiam generaliter revocantem omnia priuilegia, etiā mendicantiū, non intelligatur renocata, aut suspensa indulta, priuilegia, aut gratiae concessæ quo ad personas minorum, & quo ad suspendendum interdictum in festis sanctorum sui ordinis; nisi de istis fiat expressa mentio, de quo vide cap. 3. dub. 4.

An vero dicta priuilegia concessa pro tempore cessationis valida sint, etiam si cessatione sit rigurosa, ut potest, quando in Ecclesia non celebrantur diuina; nisi baptismus pro parvulis, & sacramentum poenitentiae pro adultis. In hoc aliqui negant. Sed licet hoc ita verum sit respecte particularium personarum, qui b' est in dultu pro tunc, ut in suis demib', vel in altari portatili in Ecclesia audiant Missam. Secus tamē est de priuilegijs, in quibus ista religiosis pro tempore cessationis conceduntur. Quia religiosorum priuilegia sunt amplè interpretada, iuxta dicta c. 2. dub. 2. & ita habet usus.

CAP.

C A P. VIII.

*De priuilegijs circa Sacra-
mentum ordinis, & offi-
cium diuinum.*

Dvb. i. An religiosi habeant priuilegia circa sacramentum ordinis; & quæ sint ista. Prima conclusio. Religiosi circa sacramētū ordinis habēt priuilegia. Primo, & si nouitij alias nō habētes beneficiū Ecclesiasticū sufficies ad victum iuxta Concilium Trid. se. 21. ca. 2. de refor. & Pium. 5. Bu. 26. ad sacros ordines promoueri non possint, nec aliter promoti in altari ministrare valeāt: tamē Greg. 13. Bu. 25. hoc reuocat pro religiosis Societatis: & præcipit ordinarijs vt istos religiosos cū licētia generalis, aut ab eo delegati omni b^o ordinibus ordinēt, etiā extra tempora, in tribus Dominicis aut festis continuis, & nō seruatis interstitijs, & absq; vlla ordinū functione. Nec eos inquirant de cantu, de officijs, & ceremonijs Ecclesiasticis, vel de proprij ordinarij licētia, & parochi approbatione

De priu. circa sacramen. ord.

tlone in vita, & moribus ac alijs requisitis:
Et Gregor. 14. Bu. 2. concessit istis religiosis
emissis votis simplicibus, ad sacros ordines
promoueri posse. Quibus priuilegijs gau-
dent omnes religiosi, iuxta dicta cap. 4. con-
clu. 3. in fine. Secundo, religiosi possunt ex-
tra tempora ordines recipere, iuxta declara-
tionē Cardi. de qua c. 3. dub. 6. Cum in hoc
habeant multa priuilegia, maximē priuile-
gium Greg. 13. modo citatum pro Societa-
te Iesu, & Eugen. 4. concessit priori Bene-
dictino Valeoleti, ut monachi ab eo electi
semel tantum quovis anno uno die etiā ex-
tra tempora recipient omnes sacros ordines
etiam sine alia licentia. Ita in compen. Be-
nictino, concef. 18. & illud omnes sacros
ordines intellige iuxta dicta cap. 3. dub. 6.
Tertio, & si in Concilio Trid. ses. 14. cap. 2.
statuatur, quod quilibet à suo Episcopo ordi-
netur, aut si ab alio, cum dimissorijs proprij
Episcopi; quod Greg. 13. voluit intelligi e-
tiam de religiosis, imo & Congreg. Cardi. de
mandato Sixti. 5. & auditis procuratoribus
circa hoc, idem ac Gregor. 13. declaravit: ta-
men post hęc Sextus. 5. ex sententia Con-
gregationis dixit, regulares prælatos suis
posse concedere dimissorias ad Episcopum
dico-

dioecesanum, & isto absente, aut ordines nō conferrente, vel in sede vacāte, de quo fiat mentio in dimissorijs, ad quemlibet alium: modō ab isto quoad doctrinā examinetur. Ita refert Manu. Rod. in compen. & Prosperus Fari. decis. 240. Postea autem Clem. 8. hoc ipsum absolutē, & sine dictis limitationibus Sixti 5. concessit Cisterciensib⁹. De quo Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 18. art. 6. Et hoc ipsum prius concederant Vrban. 2. bul. 1. Benedictinis, & minoribus Alexan. 4. bul. 10. & prædicatoribus Sixtus 4. bul. 33. & Gregor. 13. Societati loco cit.

Quarto, ex concessione Eug. 4. bul. 9. pro Benedictinis, & Innocen. 8. vt habetur inter privilegia Mōtiserrati, quilibet Episcopus absque dioecesani licentia potest in monasterijs monachos, & seruitores, & domesticos talis monasterij ordinare, & alia Pontificalia exercere. Sed ista moderantur in bul. 45. Leo. 10. de qua supra cap. 3. dub. 5. vbi quo ad ordines habetur sic Nullatenus in Ecclesijs, domibus, aut alijs locis religiosorum ab alio, quam à dioecesano Episcopo, nisi isto, vel eius vicario super hoc cum debito instantia requisito, & absque rationabilicausa contradicente, vel eo à dioecesi

absente, ad dictos ordines promoueri debet, scilicet religiosi. Sed vide supra loco cit. an ista moderatione habeat modo suā vim.

Quinto, Abbas Benedictinus potest suos subditos, etiam seculares, ad minores ordines promoueri. Ita concessit Gregor. 9. Bu. 13. & Iulius. 2. Bulla. 25. Et hoc ipsum conceditur Abbatibus, cap. quoniam, dist. 19. Nec hoc reuocatur in Concilio Trident. ses. 23. cap. 10. pro sibi subditis regularibus, sed pro alijs. Item Innocen. 8. bulla. 5. concessit Abbat Cisterciensi Cabilonensis dioecesis, & alijs quatuor Abbatibus aliorum conventuum, & istorum successoribus posse suis subditis conferre subdiachonatum, & diaconatum, ac alias ordines minores de hoc vide Nauar. lib. 5. cons. 14. de priui. Sexto, in monasterijs religiosorum, ipsis inuitis, non possunt ordines celebrari, vel alia Pontifica dia exerceri, vel Synodi, aut processiones cōuocari, Missæ, exequiæ, aut alia officia celebrari, nee alia causa agi. Ita Euge. 4. Bul. 9 pro Benedictinis, vbi hoc sub excommunicatiōne mandatur Episcopis, & ordinarijs, & quibusuis personis. Ita etiam concessit Agustinis Sixtus. 4. Bu. 34.

Dub. 2. An religiosi habeant priuilegia
circum

circum officium diuinum. Vide dicta ca. 2. du.
2. concl. 3. de authoritate difinitorum; circa
officium diuinum. Prima cōcl. Religiosi pos-
sunt mētaliter legēdō intra se per librū re-
citare horas, & alia quę in officio diuino, &
Missa p̄cipiuntur dici secrētē sub silētio.
Ita concessit minoribus Leo. 10. inter viua
ora. n. 12.

Secunda conclusio. Religiosi non valen-
tes benē recitare in choro ob deſſe & um viſ
ſus, vel auditus, ſi quid horarum ſic omittant
ſatisfaciunt dicendo in fine horarum, Pater
noster, vel Ave Maria. Ita concessit mino-
ribus Inoc. 8. inter viua ora c. Et Leo. 10. in-
ter viua ora. cōcedit plenariā indulgentiā,
& remiſſionem omnium defectuum huma-
na fragilitate, & non ex malitia commiſſo-
rum in diuinis horis, dicendo hanc orationē,
ſciliēt. Sacroſanctę, ac in diuiduę Trinitati,
Crucifixi Domini nostri Iesu Christi huma-
nitati, & beatissimę, ac gloriofissimę Virgi-
ni Marię fœcunditati, ſeu integritati, & om-
nium Sanctorum vniuersitati fit ſempi-
terna laus, honor, virtus? & gloria ab om-
ni creatura, nobisque remiſſio peccato-
rum per infinita ſæculorum ſæcula amen.
Et beata viſcera Marię Virginis, quę poita

De priuileg. circa offic. diui.

uerunt Christum Dominum. Et deinde Pa-
ternoster, & Aue Maria, pro fœlici statu suę
Sanctitatis, & Ecclesiarum. Et explicat idem
Leo inter viua ora. nu. 69. sat esse, dicere iſ-
ta in fine plurium horarum vno contextu di-
cendarum. Et vt notat Naua. cap. 19. de ora
tione, n. 89. ista priuilegia non intelliguntur
de omittentibus aliquam partem notabilē,
sed de omittentibus aliqua parua cum cul-
pa veniali. Et ita etiam intelligitur aliud pri-
legium minoribus concessum à Leo. 10. de
quo Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 42. art 2.
quod, scilicet, satisfaciant precepto recitan-
di horas, quando non integrè pronuntiant
ob negligentiam, imperitiam, malam pro-
nuntiationem naturalem, ob defectum lin-
gue, aut aliter horas imperfecte dicēdo, vel
cum animi distractione, sensuum vagatio-
ne. Dum tamen hoc non fiat ex malitia. Et
quod recitantes cum istis non teneantur ite-
rū recitare ab istis imperfecte dicta, vel no
integre audita ob distantiam loci, ob strepi-
tum, vel aliam causam.

Tertia conclusio. Religiosi dum prædicant
vel confessiones audiunt, scilicet, in aduen-
tu, vel quadragesima possunt officium feria
le anticipare, & festa illis diebus seruare,
qui

quibus illos plus laborare necesse est: & nō
in fraudem officij diuini, sed ut liberius stu-
dio, & consolationi spirituali fidelium vacet.
Ita concessit minoribus Leo. 10. inter viua
ora. n. 44.

Quarta conclusio. Religiosi extra sua
loca existentes possunt cum alijs regulari-
bus, & clericis conformare se in diuino of-
ficio. Ita concessit minoribus Inocē. 4. bu. 12
vide lib. 1. cap. 6. dub. 22.

C A P. IX.

De priuilegijs circa temporalia.

Dvb. 1. An regulares possint noua
loca, & domos recipere, ac sua mo-
nasteria in aliū locū trāsferre. Pri-
ma cōcl. Religiosi mēdicantes do-
mos, vel loca recipiētes, vel recepta mutan-
tes, alienātes, vel deserētes sine licētia Sedis
Apostolicæ, excōmunicātur in clem. cupien-
tes, de pœnit. & remi. & in c. 1. de excessib.
prēla. Sed per priuilegia minorū, & Agusti-
norū, vt habetur in cōsti. prēdictorū. d. 2. c.
3. & in Bu. 27. Sixti. 4. possunt sua loca dese-

De fundat. monasterij.

Fere, nec non de nouo loca recipere, cum licentia tamen Episcopi: ut decernitur in Cōcil. Trid. se. 25. cap. 3. Et ex decreto Clem. 8. Bu. 18. nō possunt Episcopi dare istam licentiā; nisi vocatis, & auditis prioribus, vel procuratoribus cōuentū eiusdem oppidi, & aliijs interesse habentibus; & cognito quōd si ne istorū conuētuū dāno possint illi cōmodē sustentari. Et si super hoc ad Sēdē Apostolicā sit appellatio, erectio nouorum conuentū suspēdatur, quo usque à Sēde Apostolica in eadem causa sit pronuntiatum. Alter factum sit irritum.

Secunda conclusio. Prælati regularium possunt transferre monasteria fundata in locis sterilibus, & in aquosis, aut dominorū temporalium eorum bona occupantium ad alia loca cum suis redditibus, fructibus, & prouentibus. Ita concessit Benedictinis Vatilestanis Pius. 2. Bu. 6. & minoribus Sixtus 4. Bu. 14. & prædicatoribus Bu. 33. & Alexander. 4. Bu. 7. Et isti concesserunt posse secum bona sua deferre. & vendere ædificia, & solum præter Ecclesiā.

Tertia conclusio Nullus ordo etiam mendicatiū, aut alia persona propé domos Carmelitarū infra spatiū centū quadraginta casuarum

narum per aerem mensuradarum Ecclesiā,
vel loca construat, aut de nouo recipiat. Ita
Sixt. 4. Bu. 37. Et Agustinis idē conceditur
respectu ordinum in paupertate fundatorū
per Bonifa. 8. Bu. 6. Imo & prædicatoribus
conceditur per Clem. 4. Bu. 7. quōd nullus or-
do in paupertate fundatus, qui ex suis legi-
bus extra sua monasteria nullas debet habe-
re possessiones possit propè Ecclesias prædi-
catorum ad trecentas canas octo palmorum
per aerem mensurandarum monasterium;
Ecclesiam, vel oratorium construere, vel ex
alio loco transferre. Excipitur à predictis or-
do minorum per Iul. 1. Bu. 10.

Dub. 2. An religiosi possint vnu monaste-
rium alteri reunire. Prima cōcluf. Genera-
les ordinū, ac capitula generalia possunt mo-
nasteria, & prioratus ordinis, etiā monialium,
vnire pauperibus monasterijs sine licentia
dioecesanī, aut alterius. Nō obstantibus sta-
tutis Apostolicis, vel monasteriorum etiam
iuratis. Ita concessit Cisterciens. Ioan. 23.
Bu. 1. Et Pius. 2. Bu. 6. concessit priori Bene-
dictino Valeoletano posse duo, vel tria mo-
nasteria, vbi ob exiguos redditus tres, aut
quatuor monachi sustentari non possunt,
cum consensu superiorum talium cōuetū

De unione monasteriorum.

In vnū monasteriū vnire, vbi duodecim sal
tē monachi cōstituātur. Imo Inoc. 8. Bu. 3. cō
cessit prædicatoribus, quod cōuētus non va
lēs sustētare octo religiosos, possit alteri in
corporari per vicarium congregationis cum
disiunitoribus: dum tamen sine scādalo fiat,
& in Ecclesia loci incorporati nō cesseret cul
tus diuinus.

Secunda conclusio. Bona monasteriorū
monialium destrutorum minoribus subie
ctarum, licet non sint sui ordinis, sunt apli
canda minoribus viciniorib⁹. Ita concessit
Sixt. 4. bu. 14. Et idē cōcessit Bu. 33. prædica
torib⁹ respectu monialium sibi subiectarū.

Dub. 3. An religiosi sint exempti à legi
bus tributorum. Conclusio. Religiosi utrius
que sexus, nō tantū ex iure communi, sicut
alij clerci in cap. quāquam, de censibus, sed
etiam per multa priuilegia sunt exempti à
legibus tributorū. Primo, Alexan. 4. statuit,
quod imponentes minoribus angarias, aut
alias impositiones, & exactiones, vel simi
lia sunt ipsofacto excōmunicati. Et si cōtu
maces ab hoc non desistant, non possunt ab
solui vīsi à Papa. Ita in monu. ordi. cōcesio.
656. Secundo, Eugen, 5. Bu. 29. facit amplif
icām exemptionem pro monialibus Sāctę
Clav.

Claræ. Et in compend. Societatis, ver. exēp-
tio. §. 8. refertur alia amplissimæ exemptio
pro Camaldulensibus. Tertio, Pius. 5. Bu. 7.
eximit monasteria, & collegia mendican-
tium à contributione pro seminarijs, quæ
ab Episcopis exigitur iuxta Conc. Trid. sc.
23. cap. 18.

Dub. 4. An religiosi sint exempti à de-
cimis soluendis. Prima conclusio. Religio-
si non tenentur decimas soluere de labori-
bus, quos suis manibus, aut sumptibus co-
lunt; nec de nutrimentis suorum animaliū.
Ita concessit Benedictinis Benedictus. 12,
Bu. 1.

Secunda concl. Religiosi nō tenētur deci-
mas soluere de suis bonis mobilibus, & im-
mobilibus, possessionibus, & prædijs præsé-
tibus, & futuris, etiā ab alijs, sibi conductis; dū
tamē illa suis manibus, vel sumptibus excolā-
tur, aut pro sua sustētatione excoli faciant.
Nec tenētur decimare de pratis, herbis, pas-
cuis, nutrimentis animaliū, ac pastorum eo-
rumdem. Ita concessit fratribus de Guadalupe
Greg. 11. Marti. 5. & Pau. 3. anno.
1535. vt habetur in compen. D. Hieron. tit.
decimarum exemptio. §. 12. 15. & 16. Itēm
Sixt. 5. Bu. 18. eximit religiosos S. Ioannis

Hic et solitani, vassallos, Colonos, serui-
tores, &c. & ipsorum animalia, prædia, do-
mos, molendina, & quævis bona à solutione
decimarum, iurum, etiam synodalium, cę-
stuum & canonicarum portionū, seu charita-
tum subfidijs, aut iocundi aduentus, seu qua-
tæ & aliorum onerum. Et præcipitur ordina-
tis; ne in hoc eos molestent.

Tertia conclusio. Religiosi iuxta cap. nu-
per. de decimis. tenebantur decimare de pos-
sessionibus acquisitis post Concilium Late-
riense, alias de istis possessionibus decimæ solue-
batur: sed iam ab ista decimarum solutione
liberantur, per Ioan. 22. bul. 4. pro præmon-
stra. ubi liberantur à decimando de suis pos-
sessionibus, &c. siue per eos, siue per alios
excolantur, & licet de his aliquis decimam
perceperit. Et per Paul. 3. bul. 8. ubi conce-
dit Societati, ut de eorum domibus, prædijs,
hortis, ac alijs locis, quæ pro eiusdem emēdis,
ipsis pro tempore largiri, vel donari contin-
gerit, & de alijs bonis ab eis possēssis, &
obtentis non soluant decimam, etiam Pa-
palem, seu canonicam portionem; nec ad
præstationem procurationum legatorum
dictæ Sedis, vel exactionum, collectarum,
vel prouisionum quarumcumque, nec ad

id per literas Apostolicas possunt compelli; nisi iste literæ de hoc indulto de verbo ad verbum, ac de Societate fecerint mentionem. Et si per sedem Apostolicam ex p[ro]p[ri]o legatis, dispositis, vel relictis aliqua pars alteri p[re]iæ, vel non p[ro]p[ri]e cause sit concessa, vel concedatur, legata Societati, vel relieta, vel in fauorem eius disposita sub his concessionibus non comprehendantur; nisi de ipsa Societate, & de hoc indulto, & de Pontificis voluntate fiat mentio in eisdem, & non per clausulas generales idem importantes. Sed quomodo ista verba intelligantur de concedendis ab istomet Papâ, hoc tenore ista concedente, vide cap. 3. dub. 4. Item postea Pius 4. b[ea]t[us] 5. confirmavit exemptionem à quibusuis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidijs etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione quæ patriæ, ac alijs quomodolibet, etiam ab Imperatorum, & inferiorum principum impositis: & licet in ipsa impositione caueatur, quod nulla omnino exemptione cuique aduersus illa suffragetur. Et idē postea etiā confirmata

confirmavit Greg. 13. bul. 21. expresse derogando dictum cap. nuper de decimis.

Quarta conclusio. Religiosi non tenetur decimare, etiam de terris, & possessionibus, alijs ad colendum traditis. Imò ipsi possunt petcipere decimas, quas coloni tenetur alijs soluere, etiā si alij in possessione, vel quasi, eas à colonis exigendi fuerint. Ita concessit Cistercien. Bonif. 8. bul. 11. & Ioan. 22. Carthusiensibus, ut habetur in compen. Cister. ver. decima. §. 4. Et idem Bonifa. 8 præcipit prælatis Ecclesiæ, ut cum censuris inhibeat suis subditis, ne à fratribus hospitalis Sancti Ioannis decimas exigere præsumant de noualibus, vel alijs terris quas suis sumptibus, vel per suos arrendatarios, vel cultores ad tempus, & non in perpetuum excoli faciūt, vel de animalium nutrimentis, vel aliorum à suis terris nascentium, vel de hortis, virgultis, & punctionibus. Non obstante longa præscriptione, seu potius violenta supradictis exactione eisdem fratribus irrogata. Iti in compen. mendi. tit. decimæ. §. 17. & Minu. Rod. in qq. reg. to. 2. q. 44. ar. 4. Item Clem. 7. bul. 10. concedit ordini Militia S. Iacobi amplum priuilegium circa hoc.

Ex dictis sequitur primô, dicta priuilegia

gia sinistrè interpretari ab aliquibus iudicibus Ecclesiasticis: dicendo, quòd quando religiosi proprijs manibus, vel sumptibus dicas terras excolunt, integrum decimam recipere possunt. Sitamen illas excolunt per colonos, excommuni aceruo prius extrahatur redditus monasterio soluendus, & de residuo decima pars parocho soluatur. Nisi alias per quadraginta annos religiosi integrum decimam à colonis perceperissent. Sed ad hoc dico, quòd bona regularium per suū reale priuilegium eximuntur à decimis predialibus, & non tenentur soluere decimam personalem, vel quartam, aut aliam partē: vt probat Mandonius ad instar glos. 15. n. 4. Et cum sit priuilegium reale, vt constat ex litera priuilegiorum, terra cum eodem priuilegio transit ad colonos. Quod adhuc clarius patet ex privilegijs Societatis Iesu, ciatatis in 5. conclus. & peritissimi Iuristæ fiantur, concedere plenum ius exemptionis, etiam colonis conducecentibus religiosorum agros. Et ita iudicatum est in multis tribunalibus in favorem Societatis, & colonorū; sicut Salmaticæ anno. 1588. vel. 1583. Baece, & Murtiæ adductis executoribus Pontificis mandatū est executioni, & cōsequēter confir-

De exempt. à quarta funer.

confirmatum sententia rei iudicatæ: ut refert. Eniq. tom. 1. lib. 7. cap. 27. nu. 8. Et sic coloni debent soluere decimas monasterio. Secundo sequitur, quod vbi soluitur decima personalis, non tenentur seruitores monasteriorum eam soluere. Alias monasteria illam decimam soluerent. Cum seruitores carius operas suas locarent, si eam soluerent. Si obijcas cōtra dicta, quia fecit Leo nem. 11. intuitu patrum Societatis, reuocasse dicta priuilegia, & statuisse. Quod coloni seu arrendatarij agrorum, & possessionum religiosorum decimas soluant parochis. Ad hoc dico, quod post Leo. 11. omnia regularium priuilegia sunt iterum de nouo confirmata per Paul. 5. iuxta dicta cap. 3. dub. 5.

Quarta conclusio. Moniales, eodem modo ac religiosi, sunt exemptæ à decimarum, & primitiarum solutione. Ita concessit monialibus S. Claræ Bonif. 8. bul. 3. vbi eximuntur à solutione decimarum, à contributione in procurationibus ordinariorum, legatorum, & nuntiorum Pape, à collectis, taliijs, pedagijs, & à thelonijs, & alijs exactiōnibus regibus, aut alijs soluendis. Et idem eisdem concedit Leo. 10. bul. 23. Habentq; monia-

moniale sua priuilegia communicationis,
iuxta dicta supra cap. 4.

D V B. 5. Ante religiosi sint exempti à so-
lutione canonice portionis, & quartæ func-
tionalis.

Not. quod canonica portio dicitur, quæ à
canonibus est approbata, & iure decretoriū
debita. Et est duplex, alia quæ debetur Epis-
copo ab omnibus Ecclesijs suæ diocesis. Ut
habetur, cap. de his, 10. q. 1. vbi dicitur, quod
de terris, vineis, mancipijs, & pecculijs Ec-
clesiæ à fidelibus oblatis teritia pars Episco-
po fideliter deferatur. Et intelligitur secun-
dum Panor. quem refert, & sequitur Armij
ver canonica portio, & secundum commu-
nem sententiam de Ecclesijs Episcopo im-
mediate subiectis, & non de exemptis. Quia
ista portio debetur Episcopo ratione solici-
tudinis, quam de suis tantum Ecclesijs habe-
re debet. Ut dicitur in cap. conueniente,
de officio ordinarij. Alia canonica portio
debetur Ecclesiæ parochiali de omnibus à
suo parochiano relectis, vel ratione funeralis
obuenientibus illi loco, vbi quis eligit se pul-
turam, reliqua sua parochia : ut habetur in
Cle. dudum, de sepult. Et licet olim ista por-
tio esset varia pro more patriæ: nā alibi me-
diatas

De exempl. à quarta funer.

dietas, alibi tertia pars soluebatur; tamen ibi taxatur quarta pars, & sic communiter appellatur quarta funeralis.

Prima conclusio. Stando in iure communi, & secluso priuilegio, vel consuetudine, religiosi omnes etiam prædicatores & minores tenentur soluere dictam quartam funeralem, & non amplius. Ita in Clem. cit. vbi habetur, quod ultra dictam quartam, nil aliud valeant parochi exigere, nec religiosi amplius illis impendere teneantur, nec ad id alicui cogantur. Et reuocantur illic consuetudines, & priuilegia illucusque concessa, et conuentiones statuta, et pacta in quantum alicui ex premisis contrariantur.

Secunda conclusio. Religiosi iam iuxta sua priuilegia non tenentur soluere Episcopo, vel parocco dictam portionem: nec de funeralibus oblationibus, sepulturis, legatis ultimis voluntatibus; nec de alijs pro victu, ornamentiis, aut alijs quomodolibet largitiis: nec ipso, nec qui eis illa soluunt, possunt ad illud coarctari. Non obstante decreto Clementinæ dudum, de sepult. et alijs statutis. Ita concessit post dictam Clementinam, Eug. 4. bul. 12. pro benedictinis, et Sixtus 4. bul. 14. pro minoribus, Bul. 33. pro prædictoribus

toribus, & bul. 37. pro Carmelitis. Vbi etiā conceditur, quod si à Papa mandetur dari alicui causæ piæ, aut non piæ de pījs legatis, nō intelligitur de legatis relictis religiosis; nisi de eis fiat expressa mentio. Item in bul. 26. Clementis. 8. Carmelitæ discalciati post contradictorium iuditium, & ventila ta causa, à solutione quartæ funeralis libera ntur.

Si obijcias, quia in Concilio Trid. ses. 25.
cap. 13. de refor. habetur, quod dicta quartā funeralis soluatur, vbi solita est per solui ante annos quadraginta, hoc est, ~~de quarenta~~
~~años acā~~ non obstante quo quis priuilegio. Ad hoc dico, Concilium loqui de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ dictam portionem soluebant. Et sic si aliqua monasteria sint fundata à quadraginta annis citra, hoc est, ~~De quarenta años acā~~ non tenentur soluere dictam quartam. Ita declarauit Pius. 5. bul. 7. Et si instes, quod ista bulla est reuocata à Gregor. i 3. bul. 38. & reducta ad terminos Concilij Trid. Ad hoc dico. Primo quod in bulla illa Pij. 5. & conceduntur quædam priuilegia, ex quibus solilla reuocantur à Greg. quæ sunt contraria Concilio Trid. modo explicato dub. 61c.

De excep. à quarta funer.

3. & in super declarantur aliqua decretā Concilij Trid. & istæ etiam declarationes non reuocantur ibidem à Greg. 13. cum nō sint contra Concilium; sed potius eius declarationes; & alias ad Papam spectet declarare ius. Secūdo dico, quod eadem omnino declaratio Pij. 5. data etiam est postea a Cōgregatiōne Cardi. quæ nec à Greg. 13. nec ab alio est reuocata. Cuius declarationis te-
nor refertur a Manu Rod. in qq. reg. to. 1. q.
39. ar. 2. & talis est. Cōgregatio Concilij cē-
suit non cōprehendi in dictis verbis Cōciliij
monasteria ædificata à quadraginta annis
citra, vel quæ in dies ædificantur, supposito
quod ista monasteria sint illius religionis,
cui à Sede Apostolica sit indultū, ut quartā
funeralem non debeant soluere Episcopo.
Et vt refert Veracruz in suo compendio, or-
talite circa hoc, inter religiosos, & Episco-
pum de Guatimala, Archiepiscopus Mexi-
canus tulit sententiam pro religiosis. Et hoc
ipsum patet ex bulla cit. Clementis 8. pro
discalciatis Carmelitis. Et sunt alia innume-
ra priuilegia religiosis antē, & post Clem.
dudum de sepult. concessa, quæ consultō
omitto: cum nil aliud, pr̄ter iam dicta, con-
tineant.

Tertia

Tertia conclusio. Religiosi quartam funeralem soluentes iuxta tenorem prædictum Concilij Trid. adhuc non tenentur illum soluere de omnibus eis relictis; vt demissis, decandelis quæ dantur in manibus religiosorum, aut de alijs legatis pro ornamentis, libris, & alijs, vt habetur in bul. 14. Sixti 4. pro Minoribus. & bul. 33. pro prædicatoribus, sed de histantum, quæ cum corpore defuncti defferri solent, ita in extrau. inter cunctas, de priuil. Et ita declarauit Pius 5. loco cit. Et ita habet usus, vt notat Cardin. in Clement. dudum, de sepultur. §. verum, Couar. cap. vlt. de testa. n. 6. & 7. & Molina de ius. tract. 2. disput. 215.

Quarta conclusio. Quidquid à fidelibus in monasterijs religiosorum offertur, monachis ibi seruientibus debet proficere; nec super hoc ab Episcopo, vel alijs presbyteris possunt religiosi molestari. Ita habetur definitum expressis terminis in cap. 1. de statu mona. & cap. nimis iniqua de excessibus præla. Et constat etiā ex dictis conclusione 2. de quo etiā Sylu. & Armi. ver. oblationes. mō, si prælati celebrent in monasterijs religiosorum, non possunt sibi usurpare eis ibi oblata; sed tenetur ea monasterio dimittere.

De conseruatore.

Ita concessit Cister. Bonifa. 8. bul. 9. Ex quo patet non posse parochos sibi postulare canticas, aut alia oblata in Ecclesijs religiosorum à mulieribus puerperis suos filios domino presentantibns; ut aliqui clerici periperam, & contra dicta decreta, & priuilegia sibi usurpare contendunt.

C A P. X.

De iudice conseruatore.

NO T. Religiosos per sua priuilegia posse creare iudices conseruatores, qui eos à suis molestatoribus defendant, etiam percensuras. Ita concessit prædictoribus Sixtus 4. bul. 33. Et sunt alia multa priuilegia pro alijs religiosis circa hoc, ut ex dicendis in hoc cap. constabit.

DV B. 1. Quæ personæ possint à religiosis creari in iudices conseruatores. Et an ad hoc munus creati à religiosis teneantur acceptare. Prima conclusio. Stando in iure cōmuni cap. sin. de officio deleg. iudex conseruator debet esse Episcopus, vel Abbas, vel constitutus in dignitate Ecclesiastica in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata. Et Leo.

10. bul. 45. ædita in Concilio Latera. de qua
supra c. 3. dub. 5. statuit, quod cōseruatores
religiosorum sint in dignitate Ecclesiastica
constituti. Et reuocantur contraria priuile-
gia. Ex quo tamen sequitur priores, & simi-
les prælatos regularium, imo & vicarios cō-
uentum non habentium priores posse, esse
iudices conseruatores: cum sint iu dignitate
Ecclesiastica constituti. Ita Sylu. ver. deleg.
n. 3. & Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 65. ar. 3.

Secunda conclusio. Conseruatores reli-
giosorum, vltra prædictos de iure commu-
ni, possunt esse canonici Cathedralium Ec-
clesiarum, & vicarij Episcoporum in spiri-
tualibus, & eorum officiales generales vbi-
libet constituti. Ita concessit Societati post
dictam reuocationē Leonis. 10. Gregorius
13. bul. 18.

Tertia conclusio. Omnes prædicti, præ-
ter religiosos, requisiti à regularibus, tenē-
tur sub excommunicatione acceptare iudi-
caturā. Nisi alias sint legitime impediti. Ita
concessit minoribus Iulius. 2. bul. 9. dixi præ-
ter religiosos: nam isti ex priuilegio non te-
nentur acceptare iudicaturas, & commissio-
nes à Sede Apostolica, vel eius legatis iniū-
etas. Ita cōcessit prædicatoribus Honorius 3.

De conseruatore.

bul.6. & minoribus Grēg.9.bul.2. & Inno-
genc.4.bul.12.& Alexan.4.bul.9.& Eug.4.
bul.7. pro Celestinis, & bul. 9. pro Benedi-
tinis,& Sixtus 4.bul. 37.pro Carmelitis.

Quarta cōclusio. Se mel nominato aliquo
conseruatore , & acceptante, & inchoante,
non potest alius pro eadem causa nomina-
ri, stando in iure communi cap.cum plures.
Nisi nominatus infirmitate ,aut alia ista cau-
sa impediatur, vel si nollit; aut malitiosē in
eo procedat. Ex priuilegio tamē Societatis
concesso à Grēg.13.bul.18. quilibet conser-
uatorum potest prosequi articulum per
alium inchoatum. Licet qui inchoauit nullo
sit canonico impedimento præpeditus.

Quinta conclusio. Stādo in iure commu-
nic cap.fin.de officio deleg. iudices delegati
morte concedentis extinguntur: nisi quoad
negotia incepta. Secus tamē est de cōserua-
toribus regularium. Quia isti eliguntur à re-
ligiosis vi tute suorum priuilegiorum , quæ
non sunt gratiæ personales, sed reales certo
generi personarum concessæ , & consequē-
ter perpetuæ. Sicut & priuilegia cōcessa ci-
uitati,vel loco,iuxta l.forma. §.quamquam,
ff.de censib. Et idem est de priuilegio con-
cesso ciuibus,vel religiosis, iuxta leg. 2.ff.de
rebus

rebus dub. Et ita habet usus secundum iuris
statutis relativos a Manu. Rod q. 65. art. 6.

D V B. 2. An iudex conseruator possit,
delegare vices suas. Prima conclusio. Stando
in iure communi cap. fin. de officio deleg.
iudex iste non potest delegare vices suas, ex-
ceptis citationibus, & sententiis iurum denun-
tiationibus; nisi aliter eis specialiter com-
mittatur: & tunc non aliter, nisi infra ciuita-
tem, aut diocesim in qua fuerint deputati.

Secunda conclusio. Conseruator religio-
rum potest ex priuilegio committere vi-
ces suas. Concessit enim Minoribus Sixtus
4.bu. 14. & prædicatoribus bu. 33. & Augus-
tinis bul. 54. & Carmelitis bul. 37. ut eorum
conseruatores conseruent eos per se, & per
alios contra iniuriates. Et idem concessit Socie-
tati Iesu Greg. 13.bul. 18.d. debet tamē isti
committere vices suas illis, qui alias iuxta dicta
dub. 1. possunt esse iudices conseruatores, cō-
formiter ad id quod habetur in ca. fin. cit. ita
Manu. Rod. cum Ioan. Andr. loco cit. ar. 10.

D V B. 3. Ad quantam loci distantiam
se extendat conseruatorum iudicium aucto-
ritas. Prima conclusio. Stando in iure com-
muni cap. fin. de officio delegati, non po-
test iudex conseruator procedere contra

De conseruatore.

aliquem extra ciuitatem, aut dioecesim vbi
est deputatus, aut aliquem trahere vltra v-
nam diætam à fine talis dioecesis computan-
dam. Et vna diæta secundum Doctores in
cap. nonnulli de rescrip. & Sylu. ver. benefi-
cium. 2. 6. 1. & Mandos. in cance. reg. 3. q. 2.
num. 20. continet viginti milliaria, hoc est,
semp̄ leucas, aut iuxta l. 8. tit. 3. lib. 2. fori,
& l. 25. in preg. continet decem leucas.

Secunda conclusio. Conseruator religio-
forū potest procedere vltra duas diætas, non
obstante dicto cap. fin. de vna diæta, & bul.
45. Leo. 10. de qua cap. 3. dub. 5. de duabus
diætis. Dum tamen vltra tres diætas non
trahant aliquem ad iuditium. Ita concessit
Cistercibus Greg. 13. bul. 3. post Leo. 10.
& ante Greg. Alexand. 6. addiderat qua-
tuor diætas, vt habetur in compen. Bene-
dictinorum Valeoleti, conces. 70. & iste
diætæ computantur à fine dioecesis, vbi citā-
di morantur. Vt habetur in noua recop. lib.
20. ti. 7. l. 1. iuxta decretū Bonif. 8. in c. f. cit.

Tertia conclusio. Quando conseruator re-
gularium non valet tutē accedere ad loca
vbi morantur, qui sunt citandi, monēdi, vel
inhibendi, possunt ista efficere per ædicta
publica, affigendo illa in locis publicis,
discipulis de

de quibus sit verisimilis conjectura quod ad ipsorum citatorum, monitorum, & inhibitorum notitiam peruenire valeant. Ita concessit Societati Iesu Gregor XIII. Bu. 18. citata.

Dub. 4. Contra quos, & quibus poenitentia posse iudex conseruator procedere. Prima conclusio. Conseruator religiosorum potest procedere contra alios religiosos, & Ecclesiasticos, & contra collegia universitates, & communites habentes etiam facultatem eligendi conseruatorem, & contra quasvis personas. Non obstantibus quibusuis inhibitionibus sibi factis, etiam praetextu quarumlibet licentiarum, aut priuilegiorum concessorum, & concedendorum. Ita concessit Benedictinus Valeoleti Eug. 4. ut habetur in istorum compen. conces. 40. & Alexan. conces. 70. & Greg. 13. Bu. 18.

Secunda conclusio. Conseruator iste potest, appellatio ne post posita, procedere per censuras Ecclesiasticas quoties opus fit, & usque ad invocationem brachij saecularis. Patet ex privilegijs cit. Nec potest ab ordinario impediri, sub priuatione exercitij, officij, & iurisdictionis ipso facto incurrenda: & aliter attentatum est irritum. Ita con-

De conseruatorē.

cessit Cister. Mart. 5. ut habetur in istorum
compen. tit. Bullæ conseruatoriæ. §. 1. Vbi
not. quod si conseruator nollet facere fidem
ordinario de suis literis; nō potest eum nol-
lentem exequi eius sententiam excommu-
nicare. Quia delegatus non habet iurisdi-
ctionem supra ordinarium: nisi ordinarius
sic ei rebelis. Nō tamē dicitur rebelis, dū pe-
tit fidem de sua commissione. Cum sic pte-
do faciat, quod sibi competit de iure. Secūs
sit si ordinarius maliciose afferat, se dubita-
re de commissione conseruatoris, maximè
alegando falsitatem rescripti. Tūc enim de-
legatus exequatur per se quod possit, ut pa-
tet ex cap. ex literis de officio deleg. & pu-
niet ordinarium si constet maliciose se op-
ponere. Et potest eum damnare in triginta
libras, iuxta lo. 2. C. de legibus.

Dub. 5. An conseruator regularium pos-
sit procedere contra debitores ex causa ciui-
li. Prima conclusio. Cum Papa sit supremus
administrator bonorum regularium, & Ec-
clesiasticorum potest per se, & per alios pro-
cedere contra illorum retentores, etiam lai-
cos; ut si illi recuperet. Nec sic turbat re-
giam iurisdictionem; cum ista bona non
sint laicalia. Et hoc ita facere, etiam
creando

creando ad hoc iudices conseruatores , expedit maximē. Tum quia iudices sacerdotes solent esse negligentes in administrando iustitiam Ecclesiasticis. Tum maximē ne Ecclesiastici ad tribunalia sacerdotalia trahantur, vbi causę cum strepitu, & figura iudicij tractantur; quæ omnia dedecent viros Ecclesiasticos.

Secunda conclusio. Conseruator religiosorum potest procedere contra debitores ex causa ciuili, etiam laicos . Patet primo, quia in c. fin. de officio deleg. conceditur istis conseruatoribus posse cognoscere de manifestis iniurijs , & violentijs. Vbi iurijs non tantum sumuntur pro contumelia , vel conuictio (quidquid dicat Gutier. in pract. crim.lib. 3. q. 9.) sed pro omni illo, quod fit contra ius , & infert damnum monasterio. Secundo. Pius. 5. Bu. 28. concedit religiosis militibus conseruatores iudices contra inferentes personis sui instituti , ac eorum seruitoribus , & familiaribus iniurias , siue grauamina, vel damna in personas , res , & bona. Licet hoc, quod hic dicitur de familiaribus, & seruitoribus limitetur in Cōc. Trid. ses. 24. cap. 11. de refor. ut solis possit seruientibus, alias intra septa domus commorantibus

De conseruatore:

tibus, ac sub regularium obedientia viuentibus, & his qui legitime, & secundum regulam professionem fecerunt, de qua ordinario constet. Et reuocantur ibi priuilegia, etiam religiosorum in contrarium. Tertio, Greg. 15. Bu. 18. concessit Societati Iesu, quod possint in criminalibus, ciuilibus, & mixtis, & in fauorem suorum priuilegiorum, siue sint actores, siue rei, creare iudices conseruatores contra quaecumque communitates, collegia, &c. Alia etiam extant religiosorum priuilegia circa hoc, de quibus vide Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 65. art. 12. Tadem contendentes aliquos ordinarios, debere religiosos, etiam intra claustra de gentes ex vi decreti Concil. Trid. se. 24. cap. 20. accedere in prima instantia ad ipsos pro suis litibus, & non ad suos conseruatores. Congregatio Concilij ad instantiam procuratoris Societatis, in decreto incipiente nouerint vniuersi dato Roma. 2. Martij anni. 1607. anno. 2. Pauli. 5. declarat decisionem. cap. 20. ses. 24. ad religiosos non pertinere, nec conseruaturias religiosorum inminuere, nec restringere, nec ad primas instantias ipsorum aliquid noui inducere, & Decius Carrapha die. 30. Agusti anni. 1607. precipit

pit sub excommunicatione maiori, & pena
quingentorum ducatorum dictam declara-
tionem obseruari, & ante hec Eugen. 4. &
Alexand. 6. concesserat Benedictinis Vale-
oleti in quavis causa, & instantia posse acce-
dere ad conseruatores ita in istorum com-
pen. conces. 40. & 70.

Subijcias primo, quia in le. 1. tit. 5. lib. 1.
nouę recopil. prncipitur istis conseruatori-
bus, quōd cognoscant tantum de iniurijs, &
offensis manifestis contra monasteria Eccle-
sias, vel personas Ecclesiasticas secundum
quōd iura, & Papę disponunt; etiam si vbe-
rior potestas, & iurisdictio eis concedatur
sub pœna amissionis temporalitatum, & na-
turalitatis istorum regnum, ergo in Hispania
conseruator religiosorum non potest
compellere debitores saltēm sacerdtales ad
soluendum monasterijs debita ciuilia.

Ad hoc dico, quōd ista lex non est con-
tra supra dicta. Nam in eo quod ait, secun-
dum quod iura, & Papę disponunt, iam se
subijcit legibus Pontificum; qui successu té-
poris alia ampliora in fauorem religiosorū
ordinant. Et quando ibi dicitur, non obstan-
te quōd vberior potestas ei concedatur, non
est sermo de vberiore potestate à Papa, sed
ab

De conseruatore.

ab alijs inferioribus concessa; qui iuxta ius
commune non possunt concedere conserua-
turi*is*.

Si obijcias secundo, quia in cap. I. de
officio deleg. in 6. præcipitur iudicibus con-
seruatoribus, ne cognoscant de exigenti-
bus iuditiale*m* indaginem, hoc est, causæ
cognitionem, seu examinationem, quando
dubia sunt. Ergo si debitum negatur à debi-
tore, alibi, legitimas exceptiones alegando
non poterit conueniri coram iudice conser-
uatore: cum sic debitum reddatur dubium,
& requiratur indago. Ad hoc dico, quod
post hæc, est iam concessa iurisdictio conser-
uatoribus religiosorum in requirentibus iu-
diciale*m* indaginem per Benedictum. II.
ordinis prædicatorum in fauorem mino-
rum: & per Eugen. III. in fauorem con-
uentus de Guadalupe. Ut habetur in eorum
compen*n*.tit. Bullæ conseruatoriæ, §. vltim.
de quo Manuel Rodriguez loco cit. art. 12.
Et tandem per Greg. I 3. Bu. I 8. conceditur
conseruatoribus Societatis Iesu, quod pro-
cedant in requirentibus iuditiale*m* indagi-
nem sumariè, simpliciter, & de plano sine
strepitu, & figura iuditij. In alijs autē prout
eorum qualitas exegerit.

Dub.

Dub. 6. An religiosi pro debitis ciuili-
bus conueniri possint coram iudice conser-
uat re , vel ordinario . Prima conclusio.
Religiosi in claustro degentes non possunt
pro debitis ciuilibus conueniri coram ordi-
nario Ecclesiastico . Hæc est contra Gu-
tier.in pract.crim.li.1.q.10.Sed patet,quia
isti religiosi sunt exempti à iurisdictione Ec-
clesiastici ordinarij,iuxta dicta lib.1.cap.6.
dub.5.

Si obijcias quia in Conc. Trid. ses.7.cap.
14.dicitur,quod in causis mercedum,& mi-
serabilium personarum clerici seculares,
& regulares extra monasteriu de ḡetes quo
modolibet exempti , & si certum iudicē in
partibus habeant,in alijs autē si ipsum iudi-
cem non habuerint,coram locorum ordina-
rijs,tāqnā ad hoc à Sede Apostolica delega-
tis,conueniri,& adsoluendū cogi possunt,
non obstantibus,&c. Ad hoc dico , Conci-
lium loqui de regularibus extra monaste-
rium degentibus:vt patet ibi. Et sunt illi qui
ex priuilegio , vel speciali licentia habent
domicilium extra sua monasteria. Ille ta-
men , qui iuxta sua regularia instituta ser-
uit monasterio monialiū,vel alicui benefi-
cio,& maximē qui ob prædicationes,cōfes-
sio-

De conseruatore.

siones, eleemosynas, vel ob aliā similiē
causam extra monasterium moratur, non
comprehenditur in isto decreto. Cum non
debet propriē extra monasterium, sed ad
tempus, & non permanenter. Ita Naua. in ca.
non dicatis, num. 96. Prædictis tamen regu
laribus extramonaſterium degentibus con
ceduntur in licentia degendi extra monaſ
terium iudices delegati pro omnibus causis
eorum, & coram istis debent conueniri pro
debitis ciuilibus, sicut deberet conueniri co
ram prælatis sui ordinis, si intra monasteriu
m degerent. Et si isti alicubi tales iudices non
habent, debent conueniri coram ordinarijs,
& ab eis cogi ad debita soluendum, ut dici
tur in Concil. Trid. & puniri in criminalib^z,
ut habetur fes. 6. cap. 3. ~~aut iudicari non possunt~~

Secunda conclusio. Religiosi non possunt
conueniri pro debitibus ciuilibus coram iudi
ce conseruatore, quidquid aliqui improba
biliter dicant. Patet primo, ex priuilegio
concesso Carthusiensibus à Nico. 5. & rela
to à Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 65. ar. 13.
vbi statuitur, quod isti religiosi, & consequē
ter alij per communicationem non possint
ad prædicta compelli per suos indices con
seruatores. Secundo, quia religiosi non sunt
astricti

astricti ad conseruatores perpetuos, sicut olim, sed sunt ad nutum ab eis amouibiles, & pro singulis causis voluntariē creant illos. Tertio, quia iudex iste conceditur à Sede Apostolica religiosis pro eorū cōseruatione & defensione à molestiātibus ipsos. Debent ergo religiosi à creditoribus, etiā sacerdotalib⁹ cōueniti corā suis prælatis. Cū isti sint illorum iudices ordinarij. Et sic sacerdtales solēt recurrere ad prouintiales, vel generales, vel ad generalia, & prouintialia capitula pro exigendis sibi debitiss à religiosis, vel à monasterijs.

Ex dictis cōstat ordinarios in inslē aliquādo cogere religiosos ad creādos iudices cōseruatores pro istis debitiss. Cū religiosi sint alias cōcepti à iurisdictione ordinariorū, vt patet ex l. 1. c. 6. dub. 5. Nec ordinarij habent à Papa cōmissionē, ad sic in isto casu cogen dos religiosos. Imo cōtrariū eis præcipitūr à Nico. 5. in priuilegio cit. Nec ista causa pertinet ad iudices cōseruatores: quæ omnia ad uertēs Dionisius de Melgar vicarius generalis in ciuitate Toleti, postquā priorē Sancti Dominici de Hiepes censuris cōpellerat, vt designaret iudicē cōseruatorē superquadā sit ē cu patrono eiusdē cōuētus, ostēsis sibi di-

De conseruatorē.

Etō priuilegio. Nico. 5. & alijs priuilegijs exemptionis loco cit. relatis, à dicta coactio-
ne dictus vicarius cessauit ; & causa deuo-
luta est ad reuerendissimum Magistrū fra-
trem Iosephum Gonçalez à sanctis confessio-
nibus serenissimi Principis Hispaniarum
Philipi Dominici Victoris, qui tunc erat
prior prouintialis eiusdem ordinis.

Si obijcias quandam declarationem Con-
gregationis Card. die. 19. Iunij anni. 1573.
vbi sic habetur. Regulares non possunt con-
ueniri à suis creditoribus coram Episcopos;
bene tamē corā suis conseruatoribus in casi-
bus permisis in Conc. Trid. se. 14. ca. 5. Ita
refert Prosper. Farina. super Conc. Trid.lo-
co cit. Ad hoc dico, hoc non obstare quia in
isto loco Concilii expressè eximuntur à sta-
tutis in illo loca regularia, & illorum perso-
næ: & tantum vult in suo robore manere,
quæ statuta sunt de religiosis, se. 7. c. 14. circa
causas mercedum, & miserabilium persona-
rum iuxta dicta supra.

Dub. 7. An conseruator excedens suam
potestatem, & qui illum inducit ad hoc, in-
currat aliquam pœnam.

Prima cōclusio. Cōseruator iste scienter
excedēs suā potestate, suspensus manet per
annum

annum ab officio, & co^msequenter a beneficio. Ita in ca. fin. de officio deleg. cum glo. & in ca. præter hoc, d. 32. & c. si qui, d. 81. Et in lib. I. nouæ recep. priuatut temporalitatum, & naturalitatis istorum regnorum. Et ille etiam dicitur scienter illud facere, qui laborat ignorantia affectata, ut pote, quādō illud scire tenebatur, & potuit scire, & voluit, sed dissimulauit. Licet in foto externo, ut scientia valeat debet probari. Quia iuxta reg. 48. iuris, præsumitur ignorātia, ubi sciētia non probatur. Imo & ignorantia affectata est probanda, ut valeat, ut habetur in legge gener. C. de Tabul. lib. 10.

Secunda conclusio. Pars quæ procurat, quōd conseruator iudex excedat suam potestatem, excommunicata manet ipsofacto. Nec potest absolui quousque integraliter satisfaciat de expensis, ei quē indebitē fatigauit. Ita in cap. fin. de officio deleg.

Et notat Naua. in manu. cap. 27. nu. 125. quōd non incurritur ista excommunicatio ab illo qui non est pars in iuditio, & si procurasset talēm excessum. Sicut nec ab eo qui est pars, & procurauit talēm excessum, si iudex aliās nō excessit. Quia lex quē

De conseruatore.

excommunicat operantem aliquid, regula-
riter non comprehendit consentientem, e-
tiam si mandet, consulat, foueat, aut auxi-
lietur, ante quam fiat. Nisi ex eius tenore,
aut ex tenore aliarum legum id expressè,
aut tacite colligatur. Ut ait Caie. ver. excō
municatio. ca. 47. notab. 5. Naua. in munu.
c. 7. n. 51. Hæc ad laudem, & gloriam Iesu
Christi Domini nostri, Beatissimæ Matris
eius, ac Beati Dominici Patris
nostri, nec non & Angelici
Doctoris. D. Thomæ
Aquinatis dicta
sufficient.



C O M-

COMPVTVS ANNO-
rum ab Adam ad Christum ex sa-
cra scriptura colectus per fratrem
Ioannem de la Cruz Talabri-
cēsem sacri Ordinis Prä-
dicatorum.

Prima etas mundi.

1656.

In quo anno	Annivitę sin-
creationis fin-	gulorum.
gulus natus sit,	

A D A M.	930.
----------	------

130	Seth genitus ab Adam 130.ætatis suæ.	912.
-----	---	------

235	Enos genitus à Seth 105.ætatis suæ.	905.
-----	--	------

325	Cainā genitus ab Enos 90.ætatis suæ.	910.
-----	---	------

395	Malaleel genitus à Cai- nam.70.ætatis suæ.	895.
-----	---	------

460	Zared genitus à Mala- leel.	962.
-----	--------------------------------	------

ab Adam ad Christum.

	lecl. 65. ætatis suæ.	
622	Enoch genitus à Thare 162. ætatis suæ.	365
687	Mathusalam genitus ab Enoch. 65. ætatis suæ.	969
874	Lamech genitus à Ma- thusalam. 187. ætatis suæ.	777
1050	Noe genitus à Lamech 182 ætatis suæ.	950
1559	Sen genitus à Noe 503. ætatis suæ.	600

HAEC Prima ètas durauit ab exordio mundi, usque ad diluvium inclusum, per 656 annos, ut colligitur ex Genes. 5. In qua ètate ob robustiorè naturam, vberatem fructuum, & terræ foræ citatèm nondum aquis Oceani salissimis steriliçatam: circiter milenos annos homines vixerunt. Nec audiēdi sunt afflentes illos annos extribus, vel quatuor, vel sex mensibus constare. Quia in cap. 8. Gen. fit mentio septimi, & decimi mensis, & viginti septem dierum mensis secundi. Imo post nonum mensim expletum numerantur alij quadraginta

ta dies ante in missionem corui: & postea numerantur tria septena dierum pro tribus emissionibus columbae: qui omnes faciunt sexaginta unum dies pro duobus mensibus. Et post istos dies, & ut credo post alios necessarios ad duo decimum mensem compendium, subditur. Igitur sexcentissimo primo anno, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, & vidit, quod exicata esset superficie terræ. Ante hunc enim diem aquæ erat super omnem terram, ut constat ex eodem cap. 8. Gen.

Istorum prædicatorum patrum aetates patet Gen. 5. preterquam quod in fine dicitur, quod Noe quingentorum annorum genuit Sen, Cham, & Iaphet. Sed sensus est, quod tunc coepit generare, non enim in eodem anno omnes generauit: sed Se genuit quingentessimo tertio anno. Et patet Genes. 9. ubi Sen centum annorum bienio post diluvium genuit Arphaxad: sed tunc Noe attigit annum sexcentessimum tertium, siquidem diluvium cessauit anno sexcentessimo primo vita Noe: quibus addendo duos annos faciunt sexcentos & tres annos. Ergo ab ipsis sexcentis & tribus annis remouen-

do centum vitæ Sen antequam generaret Arphaxat, remanent quingenti & tres anni vitæ Noe quando genuit Sen. Et si obijcias quia Sen nominatur prius quam Chan & Iaphet. Respondeo, quod non prius nominatur, quia sit maior natu; sed quia dignior alijs. Ex ordinatione enim patris a deo tuis est primogenitura, sicut & Jacob, & Joseph: ratione cuius erat etiam Sacerdos. Nam usq; ad Aaron, Sacerdotium erat annexum primogeniturae. Et iste Sen secundū Hebreos quos refert, & sequitur D. Hier. in qua st. Hebraicis, fuit Melchisedec: qui adhuc virius (vt patet exsupputatione quin gentorū annorū quos vixit post diluvium) occurrit Abrahe Gen. 14, reuertēti aede Regum cum pane & vino: quæ sicut sacerdos Deo obtulit in gratiarum actionem pro victoria Abrahe. Et oblatio sacrificio benedixit Abrahe ut inferiori, & consequenter benedixit sacerdoti legali, qui erat tunc in lumbis Abrahe secundum seminalem rationē. Et ipse Abraham, & consequenter Leuiticus sacerdos, vt explicatur ad Hebr. 7. decimas soluit Melchisedech ut meliori, & consequenter Christo, cui Melchisedech assimilabatur. Sicut enim Melchisedech (vt Paulus

ius ait) erat sacerdos, & Rex Salein, id est,
paci& iustitiæ: sic Christus erat sacerdos &
Rex pacificus. Et sicut Melchisedech (ait
Paulus) erat sine patre, & sine matre, & si-
ne genealogia, nec initium dierum, nec finem
vitæ habens, hoc est, quod in sacra Scriptu-
ra, vt ait D. Tho. 3. p. q. 22. art. 6. ad 3. illius
sub nomine Melchisedech, non texitur ge-
nealogia, sed subito introducitur in Genesi
occurrens. Abrahe nec ante, nec post, subta-
li nomine de eo fit mentio: ita Christus in
terris sine patre, & in cœlis sine matre, nec
habuit initium sui esse, nec habebit finem,
cū sit Deus eternus. Et sicut Melchisedech
obtulit Deo panem, & vinum in sacrificiū,
ita Christus in Cœna panem & vinum, &
in ara Crucis obtulit Deo se ipsum, qui est
panis viuus.

Secunda etas mundi.

In quo anno	352	creationis sū gul⁹ natus sit.	Anni vite singulorū.
1056	N O E.	950	
1659	Sen genitus à Noe 503. ætatis suæ.	600	
1694	Arphaxad genitus Z 5 à Sen	433	

ab Adam ad Christum.

		â Sen. 100. ætatis	
		suæ. 338.	
1694	Sale seu Cainam geni- tus ab Arphaxad. 35.		
	ætatis suæ. 433.		
1724	Heber genitus à Sale. 30. ætatis suæ. 464.		
1754	Phaleg genitus à Ha- 34 ætatis suæ. 239.		
1784	Reu genitus à Phalec. 30. ætatis suæ. 239.		
1814	Sarug genitus à Reu. 32. ætatis suæ. 230.		
1844	Nachor genitus à Sarug. 30. ætatis suæ. 148.		
1873	Thare genitus à Nachor. 29. æta- tis suæ. 205.		
2009	Abraham genitus à Thare. 150. æta- tis suæ. 175.		

HAEC Secunda ætas duravit à diluvio
exclusione usque ad natalē Abrāhē ex-
clusione per. 352. annos. Et licet D. A-
gus. 16. deci. 10. sequutus translationē sep-
tuagin-

tua ginta interp. & alios Græcos codices inter Arphaxad, & Sale ponūt Cainā a signā do ei centum triginta annos antequam generaret Sale: nostra tamē editio vulgata, quę iuxta decretum Concil. Trid. ses. 4. pro aut henticahabenda est, Genes. 11. & 1. Paral. 1. & D. Hieron. & omnes translationes ex Hebræo nihil tale ponūt. Et si obijcias, quia in Vulgata æditione. Luc. 3. ponitur, dū ait, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad. Respondeo, quod Sale, & Cainam sunt duo nomina eiusdem hominis, & sic sensu, est, quod ille qui fuit Sale, fuit etiam Cainam. Ita Samotheus lib. 1. ca. 6. Genebrar. in Chron. & Massenus lib. 2. Chron.

Prædictorum patrū etates constant Gen. 11. præterquā quod ponimus, quod Tharē anno etatis suæ. 130. genuit Abraham. Et videtur coligi ex Gen. 11. & 12. vbi narratur egressio Abrahæ in Canaam cum patre Tharē ē vī Chaldeorū ex reuelatione facta Abrahæ ibidem, antequā moraretur in Charrā, seu Arā, vt ait D. Stephanus. Act. 7. ibi enim narratur quod habitantibus illis iam in Charam initinere ad terram Chanaam ad quā pergebant mortuus est Tharē ducētorū quinq; annorū post cuius obitū vollēs

Abra-

Computus annorum.

Abraham reuerti in terram suam, & ad domum patris sui, siue ad cognitionem suam: rursus ait ei dominus. Exi de terra tua, in qua, scilicet, habitas (non corporaliter cum aduc es) et in charram) sed per affectum, & propositum in illam redeundi, ut explicat Agust. 16. deci. 10. Existit igitur sicut præcipit ei Deus. Et subditur. Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egredere tur de aram. Itaque quando pater Thare erat ducentorum quinque annorum Abraham habebat septuaginta quinque annos. Ergo Thare genuit Abraham quando habebat centum triginta annos.

Nec obstat illud gen. 11. vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abraham, Na chor, & Aram: sensus enim est quod tunc cœpit eos generare: non enim illos omnes eodem anno septagesimo vitæ suæ generauit, sicut dixi supra de filijs Noe. Et licet ob dignitatem Abraham prius nominetur, non tamen fuit maior natu. Et hoc probatur, & precedens doctrina magis roboretur. Quia Abraham duxit uxorem Sarai, quæ secundum D. Hieron. eadem est cum Iesca filia fratris sui Aram, qui ut dicitur gene. 11. ante Thare patrem suum, idest, aduc

aduc viuente Thare, aut in eius presentia,
objit suffocatus à Chaldeis. Quia nolluit ado-
rare ignem. Si ergo Sarai erat filia Aram,
esset minor illo plusquam decem annis, nō
enim illam genuisset in anno decimo æta-
tis suæ, maximè tunc quādo tardē coniugio
copulabantur: at vero Abrahā tantum habe-
bat deceem annos plusquam Sara, ut patet
gen. 17. vbi dicit, Abraham de se putas ne
centenario nasceretur filius, scilicet, Isaac, &
Sara nonagenaria pariet ergo Aram erat
maior natu. Ex his patet quomodo Sara, ut
notat D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3. non sit
soror Abrahæ, sed non sobrina filia, scilicet,
fratris sui Aram.

Nec obstat, quod ipse Abraham vocat
eam sororem filiam patris sui gen. 20. Nam
preterquam quod auunculus & con sobri-
nus s̄epe in sacra Scriptura appellantur fra-
tres, ut patet gen. 13. & 14. vbi Abraham
vocat Loth fratrem cum alias sit eius con so-
brinus, filius Aram fratris sui, & gen. 29. La-
bam vocat Iacob fratrem suum, cum alias
sit con sobrinus filius sororis suæ Rebecç, est
etiam alia ratio, nam mortuo Aram filij ei⁹
Loth, & Sarai mansere in domo aui sui
Thare sicut filij adoptiui. Et ob hoc dicūtur
fratres

ab Adam ad Christum.

fratres Abrahæ. Sic etiam Gen. 48. Ephraim
& Manasses filij Ioseph adoptantur ab auo
suo Iacob, & succedunt ei in hereditate sicut
alij filij eiusdem Iacob.

Tertia etas mundi.

505.

Anno creationis
quo singulus na-
tus sit.

Anni vitæ
singulorū.

2009 ABRAHAM. 175
Gen. 25.

2109 Isaac genitus ab
 Abraham. 100.
 ætatis suæ. Ge-
 nesis. 21. 180
Genes. 35.

2169 Jacob genitus ab
 Isaac 60. ætatis
 suæ. Genesis
 25. 147
Gen. 47.

Linea

Linea Regia.

Iudas filius Iacob,

Phares filius Iudæ.

Esfrom filius Phares,

Aram & Caleph fi-

lius Esfrom.

Linea Sacerdotalis.

Leui Filius Iacob

Caaphth filius Leui.

Amrram filius Caaphth.

A Aron filius Amrram,

Eleazar filius Aaron,

HAEC Tertia ætas duravit a Natali Abrahe, usque ad exitum Israël de Egypto per 505. annos, qui sic supputantur. Nam Abrahæ cum esset septuaginta quinque annorum, ut patet Gen. 12. statim ingresso terram Chanaam promittitur a Deo, Isaac: sed ex hac promissione usque ad exitum Israël de Egypto, & datam legem in monte Sina transierunt quadringenti triginta anni, qui cum prædictis septuaginta quinque annis vita Abrahæ faciant

191 *Computus annorum*

505. annos. Ergo, minor patet ad Gal. 3. vbi
referēs Paulus prædictas promissiones ait.
Abrahē dicit̄ (id est facte) sūt promissiones,
&c. Hoc autē dico, ait Paul. testamētū (id est,
has promissiones voco testamentū) confir-
matum à Deo (quia scilicet per modū) testa-
menti sunt firmatæ iuramento diuino, & sub-
ditur. Quæ post quadringentos triginta an-
nos facta est lex, nō irritū facit ad euacuan-
das promissiones, id est, lex quæ post qua-
dringentos triginta annos data est eis in
monte Sina, non irritabat illas promissio-
nes. Alias vt ibi ait Paulus, si ex lege hære-
ditas (scilicet datur) iam nō ex promissio-
ne. Et si obijcias illud, quod dicit̄ est Abra-
hē. Genes. 15. peregrinum erit semen tuum
in terra non sua, & affligent eos quadringē-
tis annis, generatione quarta reuertentur
huc. Si ergo istis quadringentis annis addā-
tur alij ducenti nonaginta anni transacti a
natali Abraæ, vsq; ad ingressum in Egyp-
tum durasset hęc ætas sexcentis nonaginta
annis. Respondeo, quòd Israelitæ non vi-
xerunt in Egypto per quadringētos annos.
Nam Caath cum patre suo Levi Genes. 46.
intravit Egyptum, & vixit Caath centum
triginta tribus annis, vt patet Exod. 6. &
filius

filius istius Amiram vixit centum triginta
septem annis, ut ibi patet, & Exod. 7. patet
Moysen filium Amiram octogeneratum
eduxisse Israel de Egypto, qui omnes anni
aduc vnitati faciunt trecentos quinquaginta
annos, & adhuc existis tollendi sunt anni
quos habebat Caath, quando ingressus est
Egyptum, & anni quos habebat Amiram
antequam generaret Moysen. Itaque a
prædictis quadringentis annis tollendis sunt
anni vitæ Isaac antequam generaret Iacob
qui fuere sexaginta, ut dicitur Gen. 25. &
anni vitæ Iacob ante descensum in Egyp-
tum qui fuerunt centum triginta, ut dicitur
Genes. 47. & sic remanent ducenti decem
quibus addendi sunt quinque, ut locus iste
consonet cum alio loco ad Galat. 3. & Exod.
12. ubi istis quadringentis adduntur trigin-
ta, videlicet viginti quinq;, qui præcesserunt.
Natiuitatem Isaac, a tempore promissionis
factæ Abrahæ & isti quinq;, qui ex eo quod
erant parua res, sacra Scriptura in loco præ-
dicto Genes. 15. non curavit de eis. Hæc ex
plicatio & supputatio consonat cum textu
dicti loci Genes. 15. ibi enim dicitur. Pere-
grinum erit semen tuum (id est Isaac, &
eius posteri, qui erat semen Abrahæ) in ter-

Ea non sua (non enim ait in terra Egyti, sed
absolute ait in terra non sua: per quain etiam
intelligitur terra Chanaam, in qua tunc erat,
quæ aduc non erat eis traditta, sed promis-
ta, ut dicitur Act. 7. Et ipse Isaac, & Iacob
semp̄ vocant se peregrinos, ut patet Genes.
23. 26. 28. & 47. Et licet Exod. 12. dicatur
habitatio filiorum Israel, qua manserunt in
Egypto quadrigétorum triginta annorum.
Ideo est, quia ex istis annis per plures pe-
regrinati sunt in Egypto, & fuit peregrina-
tio ista magis cōtinua, & nō interrupta per
ducētos quindecim annos. Alios autem du-
cētis quin decim annis peregrinati sunt mo-
do in terra Chanaam, modo ingratim, ut
patet Gen. 20. & 26. Et postea Iacob apud
Labam peregrinatus est, ut dicitur Gen. 29.
Quod autem dicitur peregrinum erit semē-
tuum in terra non sua, & affligerent eos qua-
dringētis annis, construendū est per Hiper-
batom, ut ait glos. ex August. ita ut illa di-
ctio quadringentis annis cadat super illud
peregrinum erit, &c. Alias enim plusquam
septuaginta annis fuerunt in Egypto sine
afflictione, toto, scilicet, tempore vita Ioseph,
& donec surrexit Rex nouus qui igno-
ravit Ioseph, ut dicitur exod. 1. Et quod di-
citur

citur generatione quarta reuertentur huc.
Inteligitur a die qua ingressi sunt Egyptū
quæ generationes per lineam regiam sup-
putantur sic. Nam Iudas ingressus est Egyp-
tum cum Iacob, & Iudas genuit Phares,
Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram,
& Caleph, ut patet 1. Parali. 2. & iste Ca-
ph in quo completur quarta generatio in-
gressus est terram promissionis, ut patet nu-
mer. 14. Septuaginta Interpretes legūt sic.
Generatione quinta reuertentur huc. Et
hoc etiam verificatur si fiat supputatio per
lineam Sacerdotalem. Nam Leui qui cum
patre Iacob ingressus est Egyptum genuit
Caath, Caath genuit Amrram, Amrram ge-
nuit Aaron & Moysen, Aaron genuit Elea-
zar, ut dicitur 1. Parali. 6. Et iste Eleazar in
quo, ut patet completur quinta generatio
ingressus est terram promissionis.

Quarta aetas mundi.

436.

Anni creatio-
nis.

Anni Regnū
singulorum.

Duces, & Iudices Israel.

8514

Moyses de tribu

Aa 2

40.

Leui

Computus annorum

	Leui, Deut. 29.	
2554	Iosue de tribu Ioseph.	
	Othoniel de tribu Indæ. Iudic. 3.	40
	Aiod de tribu Beniamin.	
2594	Sangar. Iudic. 3.	80
2674	Debora simul cum barac. Iudic. 5.	40
2714	Gedeon de tribu Mana- se. Iudic. 8.	40
2754	Abimelech filius spurius Gedeonis. Iudic. 9.	3
2757	Tholà de tribu Isachar. Iudic. 10.	23
2780	Iair Galadites. Iudi. 10.	22
2802	Hic Israel fuit sine iudi- dice. per 18. annos. Iu- dic. 10.	18
2820	Iepte. Iudic. 12.	6
2826	Abeslam. Iudic. 12.	7
2833	Cleom. Iudic. 12.	10
2843	Abdom. Iudic. 12.	8
2851	Sanson de tribu Dam.	20
2871	Heli de tribu Leui. 1. Reg. 4.	40
2911	Samuel, & Saul. Act. 13.	40

HAEC Quarta ætas durauit à tempore quo Moyses octogerarius eduxit Israel de Egypto , vsque ad Regnum Dauid per 436. annos completos , vt patet ex 3. Reg. 6. vbi dicitur, quod quadringentesimo octogesimo anno exitus de Egypto in anno quarto mense secundo Regni Salomonis cœpit edificare domum Domini. A quibus annis si tollas istos quatuor Regni Salomonis, & alios quadraginta Regni Dauid 2. Reg. 4. remanent dicti. 436. anni. Item istorum annorum supputatio patet ex annis quibus iudices gubernarunt Israel. Vbi nota primo quod illis iudicibus quibus in sacra Scriptura nō taxantur anni suæ iudicaturæ ascribuntur annis iudicis sibi vicini , vt si dicta supputatio 2. Reg. 4. integra maneat.

Nota 2. Qnōd tēpus medians inter duos iudices ascribitur iudici succedenti, vt notat Agustin. Isidor. Beda, & alij expositores libri iudicium. Excipiuntur tamē illi decem, & octo anni, qui sine iudice antecesserunt ieppe , qui non numerātur inter sex annos istius , vt clare patet. Et si obijcas, quod in hoc tempore medio, vt s̄p̄ dicitur in libro iudicium, Hebræi idolis immolabāt, & à Regibus vicinis infestabantur : & postea in

Computus annorum.

annis iudicum quietabantur, ver. g Iudi. 3;
electo Othoniel quieuit terra quadraginta
annis, quibus ipse præfuit, & in octo annis
antecedentibus nō quieuerat, ergo illi octo
anni seorsum computantur ab illis quadra-
ginta. Respondeo, quod illi octo anni res-
pectu quadraginta cum sint parua res pro-
nihil reputantur, & sic absolute dicitur,
quod quieuit Israel quadraginta annis.

Quinta aetas mundi.

454.

Anni creationis.

*Annis regni
singulorū.*

Reges totius Israel.

1951	David filius Isai.	40.
	2. Reg. 15.	
8991	Salomon filius David.	40
	3. Reg. 11.	

Mortuo Salomone ob eius peccata di-
uissum est Regnum in Tribū Iudā, &
Beniamin ex una parte, quibus præ-
fuit Roboam filius Salomonis, & in alias de-
cem Tribus, quibus præfuit Hieroboam, ut
habe-

habetur. 3. Reg. 12. Et ambas lineas apponemus incipiendo à R: gibus Iudà, & Beniamim.

Reges Iudà.

Anni creatio- nis.	Reges Iudà.	Anni Regnū singulorum.
9030	Roboam filius Salomonis. 3. Reg. 14.	17
	Abias filius Roboam. 3. Reg. 15.	8
9049	Assà filius Abie. 3. Reg. 15.	49
9089	Iosaphat filius Assà. 3. Reg. 22.	89
9110	Ioram filius Iosaphat. 4. Reg. 8.	8
9217	Ochocías filius Ioram. 4. Reg. 8.	8
9317	Athalia mater Ochocíz. 4. Reg. 11.	9
9323	Ioas filius Ochocíz. 4. Reg. 12.	40
9369	Amasisas filius Ioas. 4. Reg. 14.	29
9380	Ocias seu Acarias filius As 4	25 Mag

Computus annorum.

	Amasiaz	4. Reg. 15.
3242	Ioathan filius Ociz.	16
	4. Reg. 15.	
3256	Achaz filius Ioatham.	16
	4. Reg. 16.	
3271	Eccequias filius Achaz.	19
	4. Reg. 18.	
3299	Manasses filius Eccequiz.	55
	4. Reg. 21.	
3353	Amon filius Manasses,	2
	4. Reg. 21.	
3354	Iosias filius Amon.	31
	4. Reg. 22.	
3384	Ioacham filius Ios.	Tres mensis
	fiz.	
3384	Eliacim, seu Ioacim.	11
	filius etiā Iosiz.	4. Reg. 23.
3394	Ioachin, seu Iecho-	Tres menses
	nias pater Salatiel, & filius Ioa-	
	cim.	24.
3394	Sedechias filius Iosiz.	11
	4. Reg. 24.	

HAEC Quinta ætas duravit à princi-
pio Regni David, usque ad captiuitatē
Babiloniæ per. 454. annos, vt patet ex
Supputatione annorum quibus singuli Re-
ges

ges gubernarunt. Vbi aduertere primo, quod
ultimo annus unius Regis est primus se-
quentis. Et patet. Nam. 3. Reg. 15. dicitur,
quod anno decimo octavo Hieroboam Re-
gis Israel regnauit Abias super Iudam tri-
bus annis: & postea de Assa successore Abiae
dicitur, quod regnauit in anno vigesimo
Hieroboam; itaque annus vigesimus Hie-
roboam, numeratur pro tertio & ultimo an-
no Abiae, & pro primo Assa, & sic de alijs.
Ex quo colligitur, quod in summa annorum
omnium Regum Iudae, vel Israel non est bis,
sed semel tantum numerandus iste annus
medius. Excipitur tamen ab hac regula Da-
uid, qui cum regnauerit quadraginta annis &
sex mensibus, ut constat 2. Reg. 5. pro illo
debet numerari quadraginta anni integri,
& alijs sex menses illius debent cōnumerari
inter quadraginta annos Salomonis. Exci-
pitur etiam Roboam primus Rex super Ju-
dam, & Benjamin, cuius decem & septem
annis sunt integri. Nam de eius successore
Abia dicitur, 3. Reg. 15. quod incepit reg-
nare anno decimo octavo Hieroboam Re-
gis Israel: cum tamen Roboam, & Hiero-
boam in eodem anno regnare incepissent,
ut patet 3. Reg. 14. & 15. Secundo aduertere,

Aa 5 quod

Computus annorum

quôd aliquando tam in Israel , quam in Iudea regnabat duo Reges simul: quando enim pater procedebat ad belum , vel erat in potestate ad gubernandum, designabat filium, ut secum coregnaret. Sic enim in Iudea, Ioram coregnauit cum patre Iosaphad tribus annis. Et patet hoc, quia iste Ioram, ut dicitur 4. Reg. 8. incepit regnare in anno quinto alterius Ioram Regis Israel , sed tunc erat annus vigesimus secundus Regni Iosaphat, post quod regnauit Iosaphat alios tres annos, cum regnauerit viginti quinque annis: ergo, minor patet, nam Ioram Rex Israel coepit regnare anno octavo Iosaphat , ut dicitur 4. Reg. 3. Ex his patet quod Ioram Rex Iudea post mortem patris in anno vigesimo quinto Regni sui , regnauit in solidum per quinque annos tantum usque ad ultimum annum alterius Ioram Regis Israel: & successit ei suus filius Ochocias per vacuum annum, in duo decimo & ultimo anno Ioram Regis Israel, ut patet. 4. Reg. 7. In illo enim eodem duodecimo anno isti duo Ochocias & Ioram Rex Israel occisi sunt a Gehu. 4. Reg. 6. & sic istorum successores, ut potest, Athalia super Iudam , & idem Iehu super Israel incepserunt regnare in eodem an-

mo ab orbe condito. 3117.

Tertio aduerte, quod anni quinquaginta duo Ociæ numerantur à vigesimo nono anno regni patris sui Amasiaz, in quo obiit profugus in Lachis. Tunc enim licet Occias esset quatuor tantum annorum ratione cuius regnum gubernabatur per tutores duodecim anni, usque ad decimum sextum etatis annum Ociæ: illi tamen duodecim anni numerantur inter quinquaginta duos annos regni eiusdem Ociæ, ut sic vera consurgat supputatio regni aliorum Regū, nec obstat quod 4. Reg. 15. dicitur. Occias incœpit regnare anno vigesimo septimo Heroboam Regis Israel, qui Hieroboam incœperat regnare anno quinto decimo Amasiaz patris Ociæ, ut dicitur 4. Reg. 14. Ex quo tempore usque ad vigesimum septimum annum regni Heroboam mediant quatuordecim anni regni Amasiaz usque ad vigesimum nonum, & ultimum annum regni eius, & isti duo decim anni tutorum. Ad hoc enim dico, quod sensus est, quod in illo vigesimo septimo anno Heroboam cœpit Occias regnare per se solum & sine tutoribus, cum quo etiam stat, quod antea incœperit regnare cum tutoribus.

Compucus annorum

Anni creatio-
nis.

Anni regnū
singulorum,

Reges Israel durarunt per 247.
annos.

3030	Hieroboam seruus Sa-	12
	lomonis. 3. Reg. 14.	
3050	Nadab filius Hieroboam.	3
	3. Reg. 15.	
3051	Baassa de Tribu Isacar.	14
	3. Reg. 15.	
3074	Ela filius Baassa.	2
	3. Reg. 16.	
3075	Zambri seruus Ela.	giero dias
	3. Reg. 16.	
3075	Amtri Dux, & seruus	12
	Ela. 3. Reg. 16.	
3086	Acab filius Amtri.	22
	3. Reg. 16.	
3105	Ochocias filius Achab.	2
	3. Reg. 22.	
3106	Ioram filius etiam Achab.	12
	4. Reg. 3.	
3117	Iehu seruus Achab.	22
	4. Reg. 10.	
		Die

Hic fuit interregnum anni unius.

3145	Ioacham filius Iehu.	17
	4. Reg. 13.	
3167	Ioas filius Ioacham,	16
	4. Reg. 13.	
3176	Hieroboam filius Ioas.	41

Hic fuit interregnum duodecim annorum.

3227	Zacharias filius Hieroboam.	Sex mēsis
	4. Reg. 15.	
3227	Selum filius Iabes	Vnus mēsis
	coniurator.	4. Reg. 15.
3228	Manahem filius Gade.	10
	4. Reg. 15.	

Hic fuit interregnum trium annorum.

3240	Phaceia filius Manahem.	4
	4. Reg. 15.	
3241	Phace Dux Phaceia & filius Romeliz.	20
	4. Reg. 15.	

Hic fuit interregnum octo annorum.

3268	Oseæ coniurator.	9
	4. Reg. 17.	Reg.


Comptus annorum

Regnum Israel à Hieroboam , vsque ad
Oseam inclusiue durauit per 247. an-
nos , vt patet ex suppuratione annorū
quibus isti Reges regnarunt. In quibus etiā,
sicut in Regibus Iuda , annus vltimus vnius
Regis est primus sequentis. Item in Israel,
sicut & in Iuda , aliquando regnabant duo
Reges simul: sic enim Nadab corregnauit
per vnum annum cum patre suo Hieroboā:
quia incœpit regnare in anno secūdo Assā
Regis Iudæ. 3. Reg. 15. Ettamen pater eius
Hieroboā obiit anno tertio Assā, quia Assā
incœpit regnare anno vigesimo Hieroboā
qui regnauit vigenti duobus annis: & annus
Nadab in quo cum patre regnauit numera-
tur inter duos annos, qui ei ascribuntur : cū
eius successor Baassā incœperit regnare in
anno tertio Assā. Item Ochocias suis duo-
bus annis coregnauit cum Achab , quia vt
dicitur 3. Reg. vltimo cœpit regnare anno
decimo septimo Iosaphat Regis Iudé, in cu-
ius anno decimo nono obiit Achab cū regna-
ret per viginti duos annos: & alias Iosaphat
incœperit regnare anno quarto Achab , ve
dicitur 3. Reg. 22. Imō mortuo Ochocia eius
frater Ioram regnauit simul cum patre suo
Achab per vnum annum: cum in cœperit
regnare

regnare anno decimo octavo Regni Iosaphat. Item Iosas corre gnauit cum patre suo Joacham tribus annis. Quia incœpit regnare 4. Reg. 13. in anno trigesimo septimo, Iosas Regis Iuda, & pater eius obiit anno trigesimo nono eiusdem Iosas: cum incœperit regnare anno vigesimo tertio, eiusdem per decem & septem annos 4. Reg. 15. isti tamen tres anni non numerantur inter sex decim annos eiusdem: quia post istos statim incœpit regnare Heroboam, & aliás hoc cōsonat supp̄tationi regum Iuda, quorum Amalias cœpit regnare anno secundo istius Iosas, ut dicitur 4. Reg. 14.

Not. secundo, quod inter Reges Israel aliquando mediant aliqui anni, qui non computantur inter annos ipsorum Regum. Cum enim filii non semper succederent patribus in Regia dignitate s̄xp̄ populus erat sine Rege, & licet aliqui statim regnum occuparent, ex eo quād hoc fiebat per tiranidē populus non quietabatur, & sic anni Regis tirani non incipiebant numerari quousque populus pacificabatur. Sic inter Iehu & Joacham ponimus unum annum inter regni: quia Joacham incœpit regnare anno vigesimo tertio Iosas Regis Iuda, ut dicitur 4.

Reg.



Compucus annorum

Reg. 13. Et pater eius Iehu obiit anno vigesimo secundo incœpto eiusdem, cum incœperit regnare per viginti octo annos, cum Athalia sex, & cum Ioas successore Athaliæ in Iuda viginti duobus annis. Item inter Heroboam & Zachariam mediant duodecim anni interregni: quia Hieroboam incœpit regnare anno quinto decimo Amasias Regis Iuda per quadraginta & unum annos, & regnauit in tempore Amasias per quindecim annos usque ad istius vigesimum nonum & ultimum annum, & in tempore Ociæ filij Amasias, & tutorum eius regnauit alios viginti septem, cum quibus impleuit quadragesimum & unum annum regni sui, sed eius successor Zacharias, ut dicitur 4. Reg. 15. incœpit regnare anno trigesimo octavo Occiae Regis Iuda, ergo mediant inter Hieroboam & Zachariam duodecim anni, qui non ascribuntur Zachariæ, sed soli sex menses cum quibus tamen in pleuit triginta & octo annos Ociæ: cum in anno trigesimo nono Ociæ incœperit regnare in Israel sellum successor Zachariæ per unum mensem. Item inter Manahem & Phaceiam mediant tres anni. Quia Manahem 4. Reg. 15. incœpit regnare anno trigesi-

regesimo nono Ociæ Regis Iuda per dece
 annos, & sic obiit anno quadragesimo octa
 uo eiusdem Ociæ, & tamen Phaceia, ut ibi
 dicitur incepit regnare anno quinquagesi
 mo regni Ociæ. Item inter Phace. & Ociæ
 mediant octo anni, quia Phace. 4. Reg. 15.
 incepit regnare anno quinquagesimo se
 cundo & ultimo Ociæ, & in anno primo reg
 ni Ioatham filij Ociæ per viginti annos, &
 sic regnauit in tempore Ioatham, per illas
 sex decim annos, & obiit anno quinto regni
 Achab filij Ioatham: sed Ociæ 4. Reg. 17. in
 cepit regnare anno duodecimo regni A
 chab, quia licet Ociæ occiderit Phace anno
 quinto regni Achab Regis Iuda, qui ann. 4.
 Reg. 15. vocatur vigilimus Joathans, si usq;
 tunc, scilicet, regnaret, & licet dicatur ibi,
 quod tunc Ociæ incepit regnare, non ta
 men pacificè regnauit usque ad duodecimum
 regni Achab. Et sic illi anni non numeran
 tur inter nouem annos eiusdem. Et hæc sup
 putatio consonat sacre Scripturæ. 4 Reg. 13.
 ubi dicitur, quod in anno sexto Ecce quia
 Regis Iuda, & non Ociæ, & sic anno ab
 orbe condicto. 276. Salmanasar Rex Babi
 loni transstulit decem tribus Israel in Assi
 rios & Medos, inter quos Tobias ductus est

Computus annorum

in Niniuem , & Rex Babilonis misit ad inhabitandam Samariam,& alia loca istarum tribum, Cutheos,& alios vassallos suos, qui successu temporis à terra quam habitabant vocati sunt Samaritani : ex quibus descendit mulier illa Samaritana , de qua Ioan. 4. Qui ex eo quôd recipiebant quinq; libros Moy-si , & ex eo quôd obmetum Leonum eos dilacerantium colebant Deum Israel , vocabant patrem Jacob, sicut vocat eum Samaritana Ioan. 4. & quâdo Iudei à Regibus Siria & Alexandro Magno honorabantur , dicebant se esse Iudeos , quibus tamen alias non coutebantur , vt dixit mulier illa Samaritana. Ioan. 4. hæc de captiuitate decem tribuum.

Not. vltimo circa captiuitatem tribus Iudæ & Beniamim, quôd ista facta fuit in duabus vicibus, vt constat ex 4. Reg. 24. primo in tempore Iechoniae regis Iuda. Quando Nabubho Donosor tulit secum istum echo-niam matrē , & filios eius, ac nobiles Regni: inter quos Eccequielem , & Danielem. Et hæc captiuitas vocatur trāsmigratio Matth. 1. quia Spontē Iudei isti se obtulerunt Regi Babilonis. Secunda captiuitas fuit in tempo re Sedechiæ , quē Nabucho Donosor consti-tuerat

constituerat Regem pro Iechonia cum certo tributo: qui rebelans contra Nabuchodonosor, vocato in suum auxilium Rege Egypti, venit Nabucodonosor, & effugato Rege Egypti, Obsedit Ierusalem per decem & octo menses, & tandem coepit Sedechiam in undecimo anno regni eius, & euulsi oculis Duxit in Babilonē: ut impleretur quod dicitur de isto Sedechia Hier. 5. quod esset duxedus in Babilonē, & illud Ezeq. 12. quod non esset visurus Babilonem. Putabat enim Sedechias istas Prophecias esse contrarias, & sic nolluit credere Hieremī suadenti, c. 28. & 29. ut Spontē se traddaret Nabuchodonosor, quia iam Deus ob eius scelera decreuerat traddere eum illi. Post hoc Nabuchodonosor, misit Nabuzardam Principem milicie suæ in Ierusalem: qui succedit templum & domos Ierusalem & muros destruxit, & reliquum vulgus ex prima captivitate relictum cum vassis templi Duxit in Babilonē, exceptis paucis agricolis pro cultura agrorum. Et sic inpletur illud. Ierem. 25. dereliquit Leo, id est Deus, vmbra culū suum, id est Ierusalem, quem suis rugitibus, & præsentia, sicut Leo tuebatur, facta est terra iudeolationem à facie iræ colubæ, id est

à facie Regis Babilonis, qui dicitur columba,
 ex eo quod in suis vexillis columbam porta-
 bat depicta erat, ut ait D. Thom. ibi, credebat
 enim Babilonij, quod sua Regio a Semiramis
 fuit iu columbam conuisa, & sic in vexillis
 columbam depictam portabant. Hoc etiam
 erat ostensum Ezequiel. cap. 1. existenti
 iuxta fluuium Chobar ante ultimam capti-
 uitatem, in visione quatuor animalium figu-
 rantium, quatuor Monarchias destructuras
 Israel. In Leone enim figurabatur Monar-
 chia Assiriana, quæ sicut Leo erat fortior, &
 prima inter alias, cuius Reges Hier. 5. voca-
 tur Leones, quoru Salmanasar captiuauit de-
 cem tribus, & tandem Nabucodonosor,
 ut diximus captiuauit tribum Iuda, & Ben-
 iamini, & desolatus est Ierusalem. in homi-
 ne figurabatur Monarchia Persiana, quæ
 humilis & mitius se gesit cum Iudeis, vt
 patet in Cyro, & Assuero Longimano, qui,
 post reunitam Monarchiam Persianam cum
 Assiriana, alias antea diuisam in tempore
 Sardanapali dederunt licentiam Iudeis reperi-
 ficandi templum & Ierusalem. in Tauro fi-
 gurabatur Monarchia Graeca. Quæ incœpit
 in Alexandro Magno, cuius multi Reges, vt
 patet in Antiocho illustri, sicut Tauri im-
 petu

petu furibundo percusserunt Iudeos. Vnde Alexander Daniel. 8. vocatur cornu, ex quo per mortē fracto orta sunt quatuor cornua, qui sunt quatuor Reges ei succedentes, ut potè, Philippus Arideus in Macedonia, Ptolemeus Lagus in Egypto, Antigonus in Asia, Seleucus in Siria & Babilonia. Ecce quomodo Reges istius Monarchiæ cornu vocatur ob eorum crudelitatem: de quibus in libris Machabeorum sat is constat. In Aquila figurabatur Monarchia Romana, quæ ut Aquila rapacissima non iustitia, sed potentia omnes gentes subiugavit, & Iudeos omnino deuastavit, ut patet in Tito, & Vespasiano. Item desolatio Iudeorum erat figura ta, Zachar. 6. in visione quatuor quadrigarū. In quadriga enim ruforum e quorum figura batur prima Monarchia effusiva sanguinis Iudeorum. In quadriga e quorum nigrorum figuratur secunda Monarchia cuius Reges, maximè Assuerus, ad instatiam Aman cauſarunt luctum in Iudeis, quando præcepit eos occidere. In quadriga e quorum alborū figurabatur tertia Monarchia, cuius Rex Alexander legitificabit Iudeos, eos honorando, & relevando à tributo septimi anni, in quo secundum legē non seminabant: quādō

Computus annorum

veniens manu armata contra Ierusalem,
 Pontifice otia in Pontificali habitu , & om-
 ni ciuitate,magna cum solemnitate,eum re-
 cipiente benignè se gesit circa eos,Angelo
 sibi apparente,& præcipiente , ne sanctam
 ciuitatem & templum viciaret. In quadri-
 ga & quorum varij coloris figurabatur varie-
 tas quartæ Monarchiæ Romanorum,quoru-
 aliqui Imperatores fuerunt pijs cum Iudeis
 & mites,alij vero impijs,& crudeles.

Sexta etas mundi.

589.

Anni creationis.

**Anni Iudi-
caturæ.**

Duces Israël.

3404	Salatiel filius Iochoniz,	70
	in captiuitate Babiloniz.	
3474	Zorobabel seu Barachias	58
	filius Salatielis.	
3532	Resa seu Mosola filius	66
	Zorobabelis.	
3598	Icanna Benresa filius	53
	Resa.	
3651	Iudas Hircanus, filius	14
	Ioanna.	

*Hic incœpit Monarchia Græcorum in
Alexandro Magno.*

3665	Iosephus primus filius Iudæ.	7
3672	Abnersemet filius Io- seph.	11
3683	Eli Mathias filius Sc- mei.	12
3695	Assar Maath, filius Ma- tathia.	9
3704	Nagath Arphaxad filius eius.	10
3714	Agai Hesli filius Nagath.	8
3722	Maseth Nahum filius Esli.	7
3729	Amos Scirach filius Na- hum.	14
3743	Mathathias Siloa filius Amos.	10
3753	Iosephus Arses filius Matathia.	60
3813	Ianeus Hircanus filius Iosephi.	16

HIC Opprimente Antiocho Israel, ut
patet. i. Macha. 1. insurgit Matathias
Bb 4 cum

Computus annorum

ēum Machabēis filijs suis, & mortuo Iānō Hircano, qui erat de tribu Iuda, vt patet Luc. 3. Transiit Dux. tūs cum summo Sacerdotio ad Iudam Machabeum filium Matathie & eius successores, qui erant de tribu Leui, vt patet. 1. Macha. 2. Vbi Matathias pater Iudæ dicitur Sacerdos ex filiis Ioram, seu Ioarib, qui Ioarib erat unus illorū viginti quatuor Sacerdotum, quos elegit David. 1. Paral. 24. Sic etiam Zacharias pater Baptista dicitur Sacerdos de vīcā abiz.

3829	Iudas Machabeus filius mathatiæ.	5
3834	Ionathas frater Iudæ.	19
3853	Simon frater etiam Iudæ.	8
3861	Ioaneus Hircanus filius Simonis.	26
3887	Aristobulus filius Hircani.	1
3888	Ianeus Alexander frater Aristoboli.	27
3915	Alexandra vxor Ale- xandri.	,
3924	Hircanus filius Alexandri.	34

IST E Hircanus statim mortuo patre etiam regnante matre fuit suminus Sacerdos.

cerdos. Et iste fuit vltimus qui habuit secp-
trum & Ducatum. Nam post istum suscep-
pit Principatum H̄erodus Ascalonita, qui non
erat de gente Iudeorū, & accepit regnū lu-
deorū anno creationis 3958. per triginta &
septē annos. In cui⁹ trigesimo quinto anno,
& conseq̄ter ab orbe cōditio. 3992. anno
Iesus Christus filius Dei viui, pro salute ho-
minum ex Virgine nasci dignatus est.

HAEC Sexta & vltima ètas duravit à
primo anno quo populus Iudæorū cap-
tivus ductus est in Babilonem usque ad
Christi natam per 589. annos, ut patet ex
supputatione annorum quibus Duces istius
ètatis gubernarūt. Quæ omnia non constat
ex sacra Scriptura, cum eius historiæ in hac
ètate non continuentur, sed ex Philone lib.
2. breuiarij: cuius authoritas communiter in
hac parte præ omnibus eligitur. Et hæc sup-
putatio consonat supputationi Olimpiadū
Eusebij, qui ait Christum esse natum anno
tertio olimpiadis cētesimè nonagesimè quar-
ta: & quod in anno secundo Darij, in quo
imleti sunt anni septuaginta captiuitatis
Babiloniæ incēpit Olimpias sexagasmæ
quinta. Ita quod ab anno secundo darij usq;

ad Christum transierūt centū triginta olimpiades dēpto vno anno, ergo cū quilibet certū triginta olimpiades vno anno dēpto sumabit. 519. an. quib' si addātur septuaginta anni captiuitatis Babiloniæ faciet. 589. annos.

Hæc etiam supputatio consonat supputationi septuaginta hebdomadarum Danielis cap. 9. vbi Daniel in anno primo Regni Darij, qui etiam erat primus annus Regni Ciri consobrini sui, ut dicitur. 1. Esdr. 1. isti enim ambo cum essent Reges Persarum, venerūt contra Babilonem, & occiso Balthasar Rege Babiloniæ, in eadem nocte qua ipse propheta narat vasa sacra delata à patre suo ex Ierusalem, ut dicitur Daniel. 5. reunierunt Monarchiam alias in tempore Sadardanapali diuissim in Assios, & Persas, & in isto Ciro incœpit Monarchia Persiana finita, iam Asiriana. In anno igitur primo istorum, qui simul per duos annos usque ad mortem eius dē Darij in Babilonia regnarunt, intelleges Daniel esse completos septuaginta annos captiuitatis prænuntiatos Ierem. 25. oravit ad Deum, ut promissa impleret circa libertatem populi temporalē. Et apparuit Gabriel Angelus ostendens ei finē captiuitatis, etiā spī-

spirituālis per Christū fiendę, ait enim. Septuagintæ hebdomades abreuiatæ, (id est definitæ) sunt super populum tuūm, vt finem accipiat peccatum, & adducatur iustitia semperiterna, & in pleatur visio & Prophetia, & vngitur Sanctus sanctorum (id est Christus, qui solus inter homines vocatur Sanctus sanctorum, & vñctus oleo letitiæ præ participibus suis, vt dicitur Psalm. 44.) Et determinat Angelus tempus à quo incipiunt numerari istæ hæbdomadæ, ait enim. Animaduerte ab exitu sermonis, id est, a licentia data Iudæis, vt iterum edificetur Ierusalem usque ad Chiristum ducem hæbdomades septem, & hæbdomades sexagintæ duæ erunt (id est hæbdomades sexagintæ nouem erunt usq; ad tempus in quo Christus baptizatus sicut Dux verbo & exemplo gubernabit gentes. Et postea ait, quod in medio hæbdomadis sequentis (id est septuagesimæ) deficiet hostia & sacrificium (ob præsentia scilicet sacrificij Christi in Cruce.) Hæc autem licentia de reædificanda Ierusalem, concessa est Nehemiæ. 2. Esdr. 2. à Dario, Assuero, longimano marito, vt fertur Ester, anno vigesimo regni sui, à Ciro enim non fuit data licentia, vt ciuitas reædificaretur, sed solum

tem-

Templum restititis vasis sacris deductis à Nabuchodonosor in Babilone in, ut dicitur 1. Esdr. 1. Et nullus alius ante Darium legitur concessisse facultatem reædificandi Ierusalem. Et quando Darius concessit istam licentiam, incipiebat annus secundus olimpiadis octogesimæ primæ, ut referunt humanæ historiæ, quibus, ut ait August. 2. de doct. 28. standum est sæpè quādo deficere sacra Scriptura. Et transferant pro hac æate centum triginta quinque anni, ut potè, septuaginta anni captiuitatis, & zlii sexaginta quinque anni ab illo primo anno Cyri. Quia tunc secundum Eusebium, & alios Chronistas, incipiebat olimpas sexagesima quinta. Et si illis centū triginta quinq; annis, addatur quadragesimi octoginta & sex anni cū dimidio; ex quibus constat sexaginta nouē hæbdomades cum dimidia, faciunt sexcentos viginti vnuim annos cum dimidio. Ita enim hæbdomades non sunt dierum; alias cito transirent, sed sunt hæbdomades annorum: ita quod queuis constat ex septem annis. Et de talibus hæbdomædibus fit mentio. Genes. 29. dum dicitur Jacob impletisse hæbdomadam pro Rachel, & Leui. 25. dum dicitur Numerabis tibi septem hæbdomades annorum.

A prædictis tamen sexcentis viginti uno annis cum dimidio, tollendo triginta duos annos, & tres menses vitæ Christi, remanent prædicti. 589. anni pro ista sexta ætate.

Dubitatur circa prædicta, de sensu illorū verborum Gen. 47. non auferetur sceptiū de Iudā, & Dux de fæmore eius donec veniat qui mitendus est, id est Christus: videatur enim sæpē de fecisse sceptrum de tribu Iudā autē aduentum Christi; nam licet illa verba intelligantur de sceptro Semellūcepto cum non dicatur auferri nisi iam habitū: vnde cum tribus Iudā nondū acceperit sceptrum saltim permanenter usque ad Dauid, nō mirū quod Iudices præcedētes Dauid in quarta mīdiætate fuerint ex varijs tribibus: tamē post Dauid videtur sæpē esse ablætu: n sceptrum de domo Iudā multo ante natalem Christi. Nam in septuaginta annis cæptiuitatis Babiloniæ, ut notat D. Hieron. in Esai. 11. Iudæi nullibi habuerunt iurisdictiōnem temporalem, & de Iechonii decimo octauo Rege Iudā, dicitur Iere. 22. scribe vi rum istum sterilem (non quia caruerit filijs cum genuerit Salathiel, sed quia ut ibi subditur) non erit de semine eius vir, qui se deat super solium Dauid. Nec obstat historia Su-

Sanæ, Dauid i 3. vbi de senibus eam Iudicatibus dicitur, quod cōstituti sunt Iudices illo anno; nam licet illi senes essent Hebræi, siquidem, vt amici frequētabant domum mariti Susanæ, non tamen cōstat illos fuisse de tribu Iudâ. Item in tempore Machabeorum qui erant de tribu Lewi per lineam masculinam, ipsi habuerunt sceptrum. Nec valet dicere illos fuisse de tribu Iudâ per lineam sœmineam. Istæ enim duæ tribus sēpē matrimonio iungabantur: Aaron enim ex quo descendunt Machabæi, & omnes Sacerdotes, duxit vxorem Elisabeth filiam Aminadab, Sororem Naason de tribu Iudâ. Sed hoc nō sat est, vt dicatur sceptrum durasse in tribu Iuda, aliâs ob eandem rationem posset dici Sacerdotium fuisse semper in domo Iuda. Sed his non obstantibus, dicendum est, quod tam in tempore captiuitatis quā in tempore Machabeorum, mansit sceptrum seu Ducatus in tribu Iuda, licet non quātum ad usum & possessionem, bene tamen quantū ad dominium & proprietatem, quam nullus ab eis, ipsis inuitis, poterat auferre: & Salathiel in Babilonia dicitur Dux populi. 4. Esdræ. 5. & ipsi semper reclamarunt, etiam in tempore Machabeorum, vt ait Philo in lib.

2. Breuiarij. Licet Machabei ex multis de causis ab in iustitia excusarentur. In tempore verô Hærodis Gentilis Ascalonitæ , omnino defecit sceptrum à tribu Iuda , siquidé ut ait Iosephus. 17. antiq. cap. 5. omnes tribus Israel post trigesimum primum annum quo iste Hærodes tiranicè regnarat conuerterunt in vnum, & voluntariè eum in Regem iuirarunt. Et sic impleta tunc Prophecia Iacob prædicta, anno trigesimo quinto regni Hærodis nascitur Christus.

Summa annorum ab Adam usque ad Christum. 3992.



S A C E R D O T V M L I-
neæ ab exordio mundi usq;
ad Christum.

*Prima, secunda, & tertia ætas
mundi.*



B Exordio mundi Ecclesia mi-
litans in terrisplantata, usque in
finem seculi est duratura iuxta
illud Christi, dictum Matth. 28.
Ecce ego vobiscum sum usque ad consumma-
tionem seculi. Et cum Ecclesia sit viisibilis
colectio fidelium sub uno capite : semper
habuit Sacerdotes, quibus sensibilium Sa-
cramentorum ad ministratio, & sacrificio-
rum oblatio in eumeret. Et in tribus primis
ætatis mundi dignitas Sacerdotalis maior-
catui annectebatur, & sic Esau vendendo suā
primegenituram, Gen. 25. commisit
vitium simoniac, ut ait D. Thom.
in Epist. ad Hebr. cap. 12.
lect. 3.

*Quarta etas mundi summi Sa-
cerdotes.*

PRIMUS. Aaron de tribu Leui.

Secundus. Eleazar filius Aaron.

Tertius. Phinees filius Eleazari.

Quartus. Abisue filius Phinees.

Quintus. Bocci filius Abisue.

Sextus. Heli d-linea Aarō per Ithamar.

Septimus. Phinees filius Heli.

Octauus. Achitob filius Phinees.

Nonus. Achias filius Achitob.

Decimus. Abiatar filius Achitob, vel Abimelec.

IN Hac quarta etate in primo anno exi-
tus Israel de Egypto, Deo præcipi te

Leui. & separatur Aaron de tribu Leui, &
in sumum Sacerdotem specialiter consecra-
tur. Cui successit eius filius Eleazar num. 20.
& isti successit eius filius Phinees, sicut pro-
miserat ei Deus num. 25. Quarto successit
Abisue filius Phinees: & quinto Bocci filius
Abisue. Et licet isti duo ultimi texantur in
genealogia Sacerdotum. 1. Paralip. 6. nō ta-
men sit mentio de illis in libro Iudicū, quia

Ce fuerunt

fuerunt negligentes in reuocādo populo ab
idololatria cui intendeabant, nisi pro tempore
que surgebat Iudex nouus in Israēl. Imō
ob istam negligentiam tulit Deus Pontifica
tum à successoribus Eleazarī ad successores.
Ithamar alterius filij Aaron. Et horum pri-
mū fuit Heli, qui simul fuit Iudex quadragin-
ta annis. Sed quia fuit negligens in corrīgē-
dis sacrilegijs filiorū minatur ei Deus. 1. Re.
2. dicens. Ecce dies venient, & præcidam
brachium tuum (id est robur Sacerdotij, vt
explicat glof. interli.) quod impletum est
quando Salomon. 3. Reg. 2. depositus Abia-
thar à Sacerdotio : nam statim subditur. Ut
impleatur sermo Domini , quē loquutus est
super domū Heli in silo. Interim Heli aduc-
viuenti , & non valenti præsenectute mini-
strare successit filius eius Phinees , quo mor-
tuο in belo & capta arca à Philisteis. 1. Reg.
4. sequitur eius filius maior Achitob, de hoc
enim dicitur. 1. Reg. 14. & Achias filius A-
chitob fratris Ichabod filij Phinees , qui or-
tus fuerat ex Heli Sacerdote. Iste enim
Ichabod fuit minor quam Achitob , si quidē
ortus est mortno patre suo Phinees , & ma-
ter partu eius obiit, vt dicitur. 1. Reg. 4. & sic
Achitob fuit sacerdos, cum Sacerdotium pri-
mo

mogenito daretur , nisi aliter Deus ordinasset. Nonus Sacerdos fuit Achias filius Achi-
tob. Iste enim in tempore Saul cōsuluit do-
minum. 1. Reg. 14. & de isto dicunt aliqui
quod fuit Abimelech accusus cū alijs mino-
ribus Sacerdotibus à Saule in nobe. 1. Reg.
21. eo quod dederit panem & gladium
Dauid : sed ad minus erant fratres , cum v-
terq; vocetur filius Achiteb. 1. Reg. 22. De-
cimus Sacerdos fuit Abiathar filius Abime-
lech: qui ex dicta occasione fugit ad Dauid,
& fuit sumus Sacerdos eius: licet Saul habe-
ret in Gabaom(vbi ex nobe transtulit taber-
naculum) alium Sacerdotem de linea Elea-
zari nomine Sadoc, & mortuo Saule , ambo
isti Sacerdotes fuere cum Dauid. 2. Reg. 20.
Et postea cum Salomonē. 3. Reg. 4. quo us-
que Abiathar. 3. Reg. 2. fuit per Salomonē
ab officio depositus, & in exilium missus , &
sic Sacerdotium mansit cum Sadoc , & eius
successoribus descendantibus ab Aaron per
Eleazarū. Hęc de Sacerdotibus huius quar-
tae ætatis.

Arca & tabernaculum.

ARCA Cum Tabernaculo, in gr.

Cc 2

bræis terram promissionis , colocatur prim⁹
 in Galgala Iosue , 4. & inde in silo Iosue 18.
 vbi fuit circiter trecentis triginta annis usque ad mortem Heli . 1. Reg. 4. quando
 capta à Philisteis , fuit apud eos septem
 mensibus in azoto , in Geth , et in Acharon ,
 quo usque reducitur in Israel , & colocatur in
 Bethsames , & statim in Cariathiarim in do-
 mino Aminadab , & vt ait D. Hier. in qq. He-
 brai . super . 1. Reg. ex illo loco translata est
 in Masperat , & colligitur ex 1. Reg. 7. vbi nu-
 meratis viginti anni mansionis arcæ in Ca-
 riathiarim ait Samuel . Congregate vniuer-
 sum Israel in Masperat , vt orē pro vobis do-
 minum . Et subdatur . Et conuenerunt , & hau-
 serunt aquam , & effuderunt in conspectu
 Domini , id est , arcæ . Deinde , ait Hiero , fuit
 translata in Galgala , postea in nobe , postea
 in Gabaa , & inde in domum Obededom ,
 &c. Alij communiter dicunt , quod licet à
 Cariathiarim sæpè ad bellum portaretur , ut
 colligitur ex 1. Reg. 14. tamen illuc reduci-
 batur . Et illic māsit quo usque in anno osta-
 uo Regni Dauid , dicitur in Ierusalem in do-
 mum Obededom , vt habetur 1. Paralip. 13.
 Ex quo loco post tres menses portatur in do-
 mum Dauid , in montem Sion ; vbi stetit usque

que ad undecimum annum Regni Salomonis, quando edificato templo ibidem colatur. 3. Reg. 6. & 7. Tabernaculum vero a tempore quo capta est Arca a Philistæis fuit trahatum a Silo in nobe trans Iordanem, & ibi mansit quousque Saul (occisis Sacerdotibus illic ministrantibus, & destrueta nobe, eo quod dederunt gladium, & panem Dauidi, 1. Reg. 7.) illud transtulit in Gabaon, & ibi etiam mansit sine Arca, quousque edificato templo, illuc portatur, & reconditur inter thesauros templi. Postea autem quando populus ducebatur captiuus in Babilonem, ut dicitur. 2. Machab. 2. Ieremias sumptam Arcam, Tabernaculum, & altare incensi abscondit in monte ubi Moyses sepultus iacet, in quadam spelunca a Domino sibi ostensa & hucusque non est inuenta. Vnde in templo Zorobabel, & multo minus in templo Herodis, non fuit Arca testamenti.

Quinta etatis mundi summi sacerdotes.

- 1.1 Sadoc filius Achitob.
- 1.2 Achimaas filius Sadoc.
- 1.3 Azarias filius Achimaas.
- 1.4 Ioannam seu Ioiada filius Azariæ.

Iste nutriuit occulte in templo Regem Iosas,
ut seruaretur A nec quam Athalia parabat
omni semini regio, 4. Reg. 11.

15 Azarias seu Zacharias filius Iosazec
Iste occissus est a Iosas in atrio domus do-
mini 2. Paralip. 24.

16 Amarias filius Azariæ.

17 Achitob filius Amariæ.

18 Sadoc filius Achitob.

19 Selum filius Sadoc.

20 Helchias filius Selum.

Iste in tempore Iosiq Regis Iudæ inuenit.

Deuteronomium legis. 4. Reg. 22.

21 Azarias filius Helchiae.

22 Saraias filius Azariæ.

Isti duodecim Sacerdotes descendentes
ab Aaron per Eleazarum, ut patet. 1. Para-
lip. 6. ministrarunt domino in hac quinta
ætate. Ex quibus solus primus Sadoc non mi-
nistrabit in templo Salomonis cum obierit
ante eius consumationem, & ultimus eorum,
Saraias fuit occissus a Nabuchodonosor, quæ
do fuit destructa ciuitas & templum, ut patet
4. Reg. vltim. Et istis successit filius eius Io-
sedec, qui fuit summus Sacerdos in captiu-
itate Babilonis: licet ibi nullum Sacerdotale
ministe-

ministerium exercuerit : cum hoc alias non
esset licitum extra Ierusalem.

Sextae etatis mundi summi Sacerdotes.

- 23 Iosedec filius Saraiæ.
- 24 Iesus filius Iosedec. Et iste cum Zorobabel, reedificauit templum. 1. Esdr. 3.
- 25 Eliasib filius Iesu.
- 26 Iudas filius Eliasib.
- 27 Ioannes filius Iudæ.
- 28 Iado filius Ioannis.
- 29 Onias filius Iaddi.
- 30 Simon Iustus filius Oniae.
- 31 Eleazarus frater Simonis.

Iste missit Tholomeo Philadelpho regi Egypti filio Tholomeilagi successoris magni Alexandri septuaginta duos senes Hebreos, qui in septuaginta duobus diebus, ut ait Iosephus. 12. Antiq. 2. verterunt de Hebreæ in Grecā linguam quinque libros Moystantum, ut ait idem Iosephus in prologo antiq. Et D. Hier. in proœmio quæstionum Hebraicarum. Licet postea, ut ait historia Ecclesiastica reuersi illi Rabbini in Ierusalem verterunt Psalmos, & Prophetas, & misserunt Philadelpho.

Lineas

- 32 Manases p̄ truus Eleazari.
33 Onias filius Simonis Iusti.
Qui ex eo, quod manit puer moriēte pa-
tre, non ministrauit statim.
34 Simon filius istius Oniæ.
35 Alius Onias filius Simonis.
Iste apparuit Iudæ Machabeo. 2. Macha.
vlti.
36 Iesuſ ſeu Iaſon filius Oniæ.
37 Menclauſ frater etiam Oniæ.
De iſtis duobus dicitur, 2. Macha. 4. quôd
per ſimoniam ad epti ſunt Sacerdotium. Et
poſt iſtos, licet alij ponant alium Sacerdotē
nomine Alchiumum, alij vero id negant, ſed
immediate ponunt Iudam Machabæum, &
eius ſuccelfores: qui omnes uſque ad tempus
Hærodiſ Ascalonites, ſimul etiam fuerunt
Dices populi, & Sacerdotes. In tempore ve-
xo Hærodiſ uſque ad mortem Christi cum
Sacerdotium venale redderetur multi Sacer-
dotio fungabantur. De quorum nominibus
nihil ad rem: ſed ſatis ex dictis conſtat quo
modo a principio mundi, uſque ad Chri-
ſtum ſemper fuerit in Ecclesia Sa-
cerdos, & hostia viſibilis.

(.?)

INDEX

INDEX NO- tabilium.

A

 Absoluunt generales ordinum,
& istis amotis eorum vicarij,
ac ab istis deputati à casibus, &
censuris, etiam Pape reserua-
tis & ab omni pœna, & sententia Ecclesi-
stica, & ab inhabilitatione, suos subditos etiā
nouitios, conuersos, oblatos, & perpetuō do-
natos, lib. 1. cap. 6. dub. 13. 14. & 15.

Absoluunt prouinciales & istorum absen-
tium vicarij, etiam per alios nouitios licet
retrocedant, & vollentes ordinem intrare,
licet de facto non intrent à censuris etiā ab
homine lati, & à reseruatis Pape, dub. 14.
& 15. & in foro etiam extenso possunt re-
stituere priuatos ab officijs, & perpetuō in-
habiles ad illa, ibi conclus. 6.

Absoluunt priores, & istis absentibus eo-
rum vicarij, etiam per alios suos etiam hos-
pites, & nouitios, conuersos, oblatos, perpe-
tuō donatos à casibus etiam Papæ satisfacta

Cc 5

parte.

INDEX.

parte. dub. 13. & 15. & bis in vita absoluunt
prædictos ab omni poena, & sententia Ec-
clesiastica, & inhabilitatione, & ignorantes
& in aduertentes quoties opus sit, ibi.

Absolui possunt dicti prælati à quibus ipsi
absoluere possunt per Sacerdotem ordinis
ab eis electum, ibi.

Absolui possunt religiosi per idoneū con-
fessorem etiam secularem à reseruatis Pape
extra Bullā Coenæ semel in vita, & ab alijs
quoties opus sit, dub. 12.

Absoluunt religiosi famulos monasterij
cum sola licentia suorum prælatorum, lib. 2.
cap. 6. dub. 1.

Absoluunt religiosi approbati à casibus
Episcopi, dub. 7. & à reseruatis Pape extra
bullam Coenæ, dub. 6. et c. 7. dub. 1. & à sen-
tentijs, poenis, & censuris ab homine lati in
foro externo satisfacta parte, & in foro inter
no etiam parte non satisfacta, ibi.

Absoluunt religiosi excommissoione suo-
rum prouincialium in terris in fidelium, etiā
à reseruatis in Bulla Coenæ, cap. 6. dub. 6.

Alienatio bonorum monasterij quomodo
sit, & de poenis aliter alienatum ista, lib. 1.
cap. 4. dub. 3.

Alienatur à solo prælatō bona quæ seruā-
do

INDEX.

do seruari nō possūt, sec^o de alijs, ibi, & quid possit circa hæc generalis, difinitores capituli generalis, aut præsidens cum definitoriis in capitulo pronunciali, ibi.

Appellatio an, fit licita religiosis, libr. 1. cap. 6. dub. 4.

B

Bapticant religiosi indiarum in suis Ecclesijs, & locis, lib. 2. cap. 5. dub. 1.

Beneficia Ecclesiarum vñitarum monasterijs quomodo prouidēda, cap. 3. dub. 6.

Bulla non suspendit regularium priuilegia, etiam pro secularibus concessa, cap. 3. dub. 7. & cap. 7. dub. 3. nec priuilegia in iure inserta, nec consuetudines habentes vim legis, nec literas fraternitatis concessæ à regularibus, nec priuilegia disimilia priuilegijs Bullæ, ibi.

Bulla pro eligendo confessore gaudent religiosi & alio simili in dulto, libr. 1. cap. 6. dub. 12.

C

Claces à quaib[us] cōsecrantur, lib. 2. cap. 5. dub. 9.

Carnibus vesci licet religiosis ter
insep-

I N D E X.

In septimana, extra aduentum, quadragesimā, & dies vetitos, & in istis diebus de consilio utriusque medici, lib. 1. cap. 6. dub. 22.

Casus reseruabiles à prælatis regularium, lib. 1. cap. 6. dub. 9. Et non sunt reseruati prouitij, dub. 10.

A casibus istis non absoluitur religiosus cù sola licentia generali confitendi, dub. 11.

Censuræ & poenæ priuative incorruntur ante sententiā declaratoriā culpæ: secūs de alijs poenis, c. 3. dub. 5. in motu de larg. munere, & quis absoluat ab istis vide absoluere.

Chrisma à quo cōficitur, lib. 2. c. 5. dub. 9.

Chrismate, et oleo quatuor annorum vñatur religiosi in Indis, dub. 2.

In cibis quomodo dispensant prælati regulares lib. 1. cap. 6. dub. 21.

Confiteendi licentia clauditur in licentia itinerandi data religioso, dub. 11. & quis sit idoneus Sacerdos pro religiosis, ibi.

Confessiones audiendi licentia, aut absoluendi à reseruatis non spirat a motu concedēte, secūs de licentia absoluendi aliquem determinate, et re integra, lib. 2. c. 3. dub. 1.

Confessiones licetē audiunt prædicatores, et minores debitē ordinario præsentati, et ab eo sine causa reiecti, lib. 2. c. 6. dub. 1.

Capitulum

I N D E X.

Confessiones licet audit religiosus, per-
cho renuente, immo & Episcopo renuente, si
est expeditus a legato Papae, ibi.

Confessiones non audit validem Dominica
nus sine licentia sui ordinis, bene tamen reli-
giofi alij cum sola licentia ordinarij, dub. 2.

Conf. sacerdotes regulares suscipi iuridicē,
persuos prælatos a confessionibus audiendis
non absoluunt validē, ibi.

Confessor virorum, an cum bullæ absolu-
uat mulieres, dub. 3.

Confessor ordinis prædicatorum, & mino-
rum semel expositus, est perpetuo exposi-
tus, non sic alij religiofi, sed reuocari possunt
a solo Episcopo successore, dub. 4.

Confessores religiofi vbi sunt expossiti
absoluunt ques, aliarum diecesum, dub. 4. &
vbi que possunt absoluere habentes bullā, &
in itinere omnes, nisi in locis, vbi ordinarij
existunt, dub. 5.

Confuetudo quot actibus inducitur, libr.
2. cap. 1. dub. 3.

Corporalia etiam extranea bene dicuntur,
a præsidente monasterij, & in terris in fide-
lium a quouis religioso, lib. 2. cap. 5, dub. 8. &
9. & licet religiosis laicis ista, & calices tan-
gere, & lauare, ibi.

I N M E X.

D

Decimæ nō soluuntur à religiosis de vñis
bonis, etiam de agris arrendatis alijs, lib.
2. cap. 9. dub. 4.

Decima personalis non soluitur à famulis
religiosorum, ibi.

Delegatus quādo possit sub delegare, lib.
1. cap. 6. dub. 8.

Diæta continet septem, aut decem leucas
lib. 2. cap. 5. dub. 9.

Definitores capituli generalis quid pos-
sunt circa officium diuinum, & statuta or-
dinis, &c. lib. 2. cap. 2. dub. 2.

Dispensatio strictius priuilegio interpre-
tatur, lib. 2. cap. 1. dub. 1.

Dispensatio in iure diuino sine causa fa-
cta non valet. nec etiam dispensatio in lege
humana facta ab inferiori Papæ ibi.

Dispensat religiosus ex commissione sui
generalis à periendo literas pœnitentiariæ
Doctoribus directas super aliquo dispensan-
do, cap. 6. dub. 8.

Donatio religioso vetita, lib. 1. c. 3. dub.
5. in explicatione decreti de largitione mu-
nerum.

Ecclesiæ parochiales vnitæ monasterijs quando visitantur ab Episcopis , libr. 2. cap. 3.dub.6.

Ecclesiæ & altaria regularium ab eorum prælatis consecrantur,& reconciliantur, cap. 5.dub. 9.

Ecclesiæ erigi,& reformari possunt, à religiosis in terris infidelium, & alia fieri in quibus non est necessaria Episcopi consecratio, ibi.

Electio iure nature valida , valet in conscientia , etiam omisſis iuris solemnitatibus. lib. 1.cap.4.dub.4.

Eleemosynas pro religiosis impediēs excommunicatur, cap 7. dub. 1.

Episcopus monachus tenetur ad tria vota essentialia, ad ceremonias sui ordinis, suo officio non repugnantes, & ad portandum habitum monasticum, nec testari potest, lib. 1. cap. 2.dub. 4.

Episcopus si deserat oues ex causa & licetia potest fieri monachus, cap. 1. dub. 1.

Episcopus monachus consecratus etiā reliquo Episcopatu non potest in suo ordine officium tenere , cap.6.dub. 7. Et tenetur iste

ante

INDEX.

antequam consecretur sub suspensione resignare quæ h:bet ab ordine præter quater nos, cap. 7. dub. 3.

Episcopus quomodo componet lites religionum circa praecedentia, lib. 2. c. 3. dub. 6.

Episcopatus nō potest acceptari à religio-
so sine licentia ordinis, aut Papæ, alias pri-
uatur beneficijs ordinis, cap. 6. dnb. 7.

Eucharistia omnibus, etiam in paschate,
& articulo mortis licite ministratur à religio-
sis, & de istorum licentia, etiam à clericis in
domibus religiosoru, lib. 2. c. 5. dub. 3. & 4. 5.

Eucharistiæ festum à solis Dominicanis in
Dominica octauarum potest celebrari, de-
ferendo etiam Eucharistiæ per vias ab eis se-
mel electas, & cū indulgetia plenaria, du. 6.

Excommunicationes contra statuta, priuilegia & benefactores, ut sic, religiosorum, ac
eorum seruitores sunt nullæ, cap. 3. dub. 8.

F

Famuli religiosorum ab eis recipiunt Eu-
charistiam, pœnitentiam, & extremam
vnctionem, & in morte gaudent indulgen-
tijs religiosorum, lib. 2. c. 5. dub. 4. & cap. 6.
dub. 1. & sunt exempti ab ordinario, cap. 5.
dub. 4. & eorum gravimina indicat conser-
vator religiosorum, cap. 10. dub. 5.

Fugi-

INDEX.

Fugitiūus vide habitus. Funus, vide quartā funeralis.

Ad funera defunctorum sepeliendorū in Ecclesijs religiosorum, an iisti cum Cruce, &c. possint exire vide, ca. 3 dub. 5.

G

Gratiæ religiosorum gaudent immunitate, lib. 2. cap. 5. dub. 7.

Gratia concessa alicui quando cessat amotione concedentis, ut licentia expendēdi peccunias, audiendi confessiones, absolvendi etiam à reseruatis, &c. c. 3 dub. 1.

Gratia delegati nō spirat eius amotione, ib. 1. cap. 6. dub. 2. sicut licentia audiendi confessiones.

Gratia facta, licentia, aut priuilegium nō tolitur per legem cōtrariam sequentem, nec ante certificationē de eius reuocatione, libr. 2. cap. 3. dub. 4.

Gratiæ obtentæ à Dominicanis sine licētiā suorum superiorum, annullantur, cap. 6. dub. 2.

H

Habitum religiosus temerariē dimitendo, alio habitu assumpto, excommunicatur: & si recedit etiam cum habitu,

Dd animo

IN DEX.

animo non redeundi ad religionem est ap-
st. t2, lib. 1.c.7.dub. 2. Et iste potest cogi cen-
suras à suo superiore , vt reuertatur. Et sunt
excomunicati qui istos fauerent, aut detinente
cap. 6.dub. 3. dub 3.20. ubi vixi in iug. 2.3

Habitu alterius religionis, aut ei consi-
miliem portans, potest cogi censuris ab ordi-
nario requisito, ut illum dimittat, nec potest
quis sine licentia religiosorum sepeliri extra
istorum Ecclesias cum eorum habitu. Et Au-
gustini tenentur deponere habitum album
consimilem habitui prædicatorum , aut sal-
tim portare semper habitum nigrum, cap. 7.
dub. 4.

Habitus à religioso , etiam Episcopo sub
depositione, semper portandus publice, ibi.

Horæ canonicae possunt recitari à religio-
suis mentaliter legendo per librum, lib. 2.c. p.
8.dub. 2.

Horarum de fœtus quomodo supplementur
à religiosis, & quādo possunt in feria de fai-
cto recitare, & conformare se cum alij chro-
nisi in recitatione horarum, ibi.

Horarum recitatio quomo dispensatur cū
religiosis & monialibus , lib. 1.c.6.dub. 2.

Circa horas quid possint definitore capi-
t. diligenter, lib. 2.c 2. dub. 2. Vide officiū
Gulianum. b G Iciu-

INDEX.

- I**eiunia regularium quomodo dispensantur, & commutantur. Et quando possunt anticipare, & retardare prandium, & collationem, & trasferre ieiunia, lib. 1. c. 6. dub. 12. & 21. Nec tenetur ad ieiunium religiosis in tribus diebus natalis domini inferia sexta occurrentibus, nec in alijs diebus festiuis extra feriam. 6. occurrentibus, dub. 22. ill. Illegitimus dispensatur ad ordines per professionem, & ad officia per suos prelatos, cap. 1 8. & alia ibi. & cap. 8. dub. 1. Incessuosus a quo dispensetur ad petitionem debiti, lib. 2. cap. 6. dub. 9. Indulgentiae religionum reuocatæ à Paul. 5. sunt iterum ab eodem confirmatae, cap. 3. dub. 3. conclus. 3. Indulgentiae istæ non suspenduntur pro religiosis in Bulla Crucis, dub. 7. Indulgentiae profestis sanctorum ordinum, transfiuntur cum ipsis festis, cap. 7. dub. 2. In indulgentijs religionum, confraternitatum, &c. comunicant omnes religiosi, c. 4. Interdicti suspensio in Ecclesijs religiosorum quando fit, & quod monasteria à populo separata non tenentur servare interdi-
ctum

INDEX.

- **S**um & alia plura , lib. 2 . cap. 7 . dub. 2 . & 3 .
• Interventia ordinum à quo dispensentur
pro religiosis , cap. 8 . dub. 1 .
• Irregularitas religiosi , qualis & à quo
dispensetur , lib. 1 . cap. 6 . dub. 16 . 17 . 18 . & 19 .
• Index religiosi coram quo debet conueni-
ri est eius prælatus , & ab eo puniri potest
relictis apicibus iuris , lib. 1 . cap. 6 . dub. 31 . &
lib. 2 . cap. 10 . dub. 6 .
• Index conseruatoris religiosorum quis . Si
tenetur acceptare . Si uno nominato possit
alius nominari , lib. 2 . c. 10 . dub. 1 . si potest co-
mittenre vices suas , & quibus , dub. 2 . Si potest
procedere ad quatuor diætas dub. 3 . & con-
tra quos , & quibus poenit. dub. 4 . & 5 . & de
poenit. conseruatoris excedentis commissio-
nem , & partis adid inducentis , dub. 7 .
• Iuramenta qualia dispensantur , aut rela-
vantur à religiosis , lib. 2 . c. 6 . dub. 8 .

LEx certo nocens omittatur etiam incon-
sulto superiore , in dubio consulatur , si est
possibile , lib. 1 . c. 6 . dub. 21 .
Legum Ecclesiæ dispensatio , ut cibotum ,
ieiuniorum , recitationis horarum conuenit
prælato religiosorum , si alias non est restri-
ctus

IN DEX.

etus, dub. 21. & commutari possunt pro religiosis per confessorem etiam secularem,
dub. 12.

Lex Ecclesiæ ut obliget, pro mulgetur in omnibus diœcesibus, & lex ciuilis in omnibus prouincijs, lib. 2. cap. 1. dub. 3.

Lex non cessat obligare interposita supplica, bene tamen rescriptum peculiare, ibi.

Leges etiam regularium quis interpretetur, cap. 2. dub. 1. & 2. & dantur regulæ ad hoc dub. 3.

Lex pendet ex acceptatione, nisi reuocet gratias, & priuilegia, cap. 1. dub. 3. & lib. 1. c. 6. dub. 12. & quando dicitur non acceptari, lib. 2. cap. 1. dub. 3.

Lex generalis, nec reuocat speciales eiusdem materiarum, nisi de illis sit mentio, cap. 6. dub. 1. nec etiam reuocat priuilegia concessa dum non sit mentio de hoc, libr. 1. cap. 6. dub. 3.

Leges regularium à quo sianr, lib. 2. cap. 2. dub. 3.

Licentia vide dispensatio, gratia.

Missa celebratur licet à religiosis illico post matutinum, aut post duas horas

IN MEX.

medit noctis, & usque ad nonam inclusus,
id est intra tres horas post me diem, lib. 2.
cap. 5. dub. 6.

Missa dicta pro defunctis in altari Rosarij
prædicatorum liberat animam à Purgatorio
lib. 2. cap. 4. dub. 7. q. 2. c. 2. d. 1.

Missa licet celebratur à religiosis extra
Ecclesiam, imò & in priuatis domibus dum
non vetatur ab Episcopo, & in Ecclesia vio-
lata, &c. dub. 7. b. 3. c. 3. 2. dub. 2. q. 2. t. 1.

Missa celebratur à religiosis bis in die in
terris in fidelium, dub. 9.

Monasteria monialium earum superior
sine necessitate intrans est excommunicata
& officio priuatus, lib. 1. cap. 5. dub. 2.

Monasteria virorum, & mulierum quan-
do, & quibus liceat intrare, & de poenis intra-
ti, superiorum permittentium, & sub dito
sum admittentium, dub. 1. & 2. & quis dis-
pensat in istis poenis, cap. 6. dub. 15.

In monasterijs monialiū reperti possunt
puniri per prælatos regulares monialium,
cap. 5. dub. 2.

Monasterij monialium, absente priore
& conuentu sibi, curam gerat earum confes-
sori, cap. 6. dub. 6.

A monasterio exire quando licet mo-
niali,

I N D E X.

moniali, & de pœnis excūtium sine causa,
& superiorum id concedentium, & commi-
tantum & recipientium illas, dub. 2. & 4.

Monasterium non fundatur sine licentia
ordinarij, & assensu monasteriorum loci,
lib. 2. cap. 9. dub. 1.

Monasteria mutare, aut alijs reunire quā
dolicēt, dub. 1. & 2.

Monasteria grangiat, & loca regalarium
gaudent immunitate, & ibi viii inferentes
excommunicantur cum referuatione ad Pa-
pam, cap. 5. dub. 7.

Monasteriorum monialium destructorū
bona, applicantur monasterijs vicinioribus
ordinis, cui sunt subiecta, lib. 2. c. 9. dub. 2.

M

Notarij creantur à prouincialibus, lib. 2.
cap. 2. dub. 3.

Nouitij in fauorabilibus reputantur
religiosi, & quis absolvit eos à casibus Epis-
copi, lib. 1. cap. 6. dub. 10.

Nouitij maiores sexdecim annorum quo
modo recipiendi, cap. 8. dub. 2.

Nouitium impedientes, aut extrahentes
à religione, aut impedientes, aut cogentes,
nauierem ad religionem, aut professum huc

I N D E X.

licentia sui superioris detinentes quas poe-
nas incurront, dub. 4.

In nouitiorum receptione, aut post præ-
ter alimenta nil ex pacto exigatur, lib. 1. ca.
8. dub. 3. & accepta etiam liberè data resti-
tuantur nouitio abeunti, ibi. & lib. 2. cap. 3.
dub. 6.

O

O Blatum etiam prælatis celebrantibus
in Ecclesijs regularium istis detur, libr.
2. cap. 5. dub. 5.

Officia diuina, ordines, & alia sub excom-
municatione non celebrentur in Ecclesijs re-
gularium istis inuitis, cap. 8. dub. 1.

Ad ordines male promoti regulares, dis-
pensantur per suum generalem, lib. 1. c. 6.
dub. 15.

Ordinantur religiosi à quo quis Episcopo,
& in suis dominibus, lib. 2. c. 8. dub. 1. & extra
tempora, & non seruatim inter stitijs, ibid. &
cap. 3. dub. 6. nec examinari possunt in catus,
moribus, & ceremoniis Ecclesiæ, ibi. & cap.
3. dub. 5.

Ordinis Prædicatorum; & aliorum locus,
lib. 2. cap. 3. dub. 6.

Ova & lacticinia licite comeduntur à re-
ligiosis in diebus vetitis, lib. 1. c. 6. dub. 22.

INDEX.

P

PAETÀ religiosorum in præiuditium suorū priuilegiorum sine licentia generalis nō valent, lib. 2. cap. 3. dub. 5.

Paupertas Euangelica non minuitur habendo bona in communi, imo monasterium succedit in bonis parentum religiosi viuetis, & sit Dominus aliorum de quibus, lib. 1. cap. 4. dub. 1. & 2. & data sibi ad unum usum licet conuertunt in aliū, ablato scandalo, ibi.

Paupertatis votum si violetur habendo pecculum, redditus annuos, peccunias extra commune depositum, consumendo illas in malos usus, aut aliquid recipiendo, cap. 3. dub. 1. 2. & 3.

Paupertatis votum violatur, vendendo, emendo, mutuando, donando, celando rem prælato & alia multa, dub. 4. & 5. & quid consumere possit religiosus sine licentia expressa, ibid. & quæ sit materia grauis pro voto paupertatis, lib. 1. cap. 3. in princip. Poene, vide censuræ.

Prædicare potest religiosus idoneus primæ tonsuræ cum sola licentia sui superioris, lib. 1. c. 7. dub. 2.

Prælati regularium qui, cap. 6. dub. 6. &

Dd 5

quam

INDEX.

quanta sit istorum authoritas, dub. 7. & est
limitabilis per superiores, dub. 8.

Prælatus vnius conuentus non est præla-
tus hospitium ordinis, cap. 3. dub. 5.

Prælatorum regularium iurisdictio, etiam
ex privilegio obtenta est ordinaria, & sic
delegabilis, cap. 6. dub. 8.

Provincialis licentia eget religiosus, ut sit
prælatorum foccius, Inquisitor, Prædicator,
Cruciatæ, a quo potest remoueri, & alter
substitui, lib. 1. cap. 6. dub. 7.

Privilegium quid, & quomodo difertur
dispensatione, lib. 2. cap. 1. dub. 1.

Privilegij scriptura non est necessaria pro
foro amissione, sed pro foro externo, dub. 2.

Privilegia vbi sola signata prælati, aut
notarij petitur vim habent in iudicio, ibi.

Privilegia regularium quis interprete-
tur, lib. 2. cap. 2. dub. 2. & dantur regulæ ad
hoc, dub. 3. conclus. 3.

Privilegium, aut breve non ponitur in usu
in proximitate sine licencia generalis, &c.
cap. 2. dub. 2.

Privilegia religiosorum possunt revoce-
ri a generali, lib. 1. cap. 6. dub. 7. & lib. 2. cap.
6. dub. 2.

Privilegiū personæ cessat per non usum
decem

I N ' D E X,

decem annorum , priuilegium Ecclesiæ per non vsum 40. annorum & priuilegia regula rium per non vsum centum annorum , lib. 2. c. 3. dub. 2. & qualis non vsus requiritur , ibi.

Priuilegiorum confirmatio varijs tenori bus quomodo inteligitur , ibi.

Priuilegio ordinis quis renūtiare potest , ibi.

Priuilegium quomodo cessat aetate contra rio , dub. 5.

Priuilegia regulariū nō cessant pluribus contrauentionibus , nec per generalem reuocationem priuilegiorum , benē tamen per generale in reuocationem priuilegiorum regularium . sine mentione illorum de verbo ad verbum , dub. 3. & 4.

Priuilegia omnia regularium valent , exceptis contrarijs Concilio Trid. & de istis 20 valeant , lib. 2. dub. 5. 6. & 7.

Literæ obtentæ contra priuilegia regularium sunt nullæ , dub. 8.

Priuilegia regulariū etiā pro secularib⁹ nō suspēduntur per bullā Cruciatæ , c. 3. dub. 7.

Priuilegia gratiæ , &c. ordinū cōgrationū Colegiorū , vniuersitatū , locorū piorū , personarum secularium , & regularium sunt communia omnibus religionibus , lib. 2. cap. 4.

Priuilegia

INDEX.

Priuilegiorum communicatio quomodo inteligitur, & non communicatur usus priuilegij, sed ius utendi illo, ibi.

Priuilegia gratiae vnius monasterij extenduntur ad alia eiusdem ordinis, & sic ad omnes ordines, ibi.

Ad processiones publicas cogi possunt religiosi ab Episcopo, nisi distent per dimidiū miliare, aut strictriori clausura vivat, aut sint Colegia, quæ nec cantant in choro, nec ad mortuos accedunt. lib. 2. cap. 3. dub. 6.

Q Varta funeralis de quibus, & à quibus debeatur, lib. 2. cap. 9. dub. 5.

R Eligio status perfectior post Episcopatum à Christo institutus in tribus votis consistens, inter quæ obedientia præstat, lib. 1. cap. 1. dub. 3. & c. 2. dub. 1. 3.

Religionis status est tendentia ad perfectionem, cap. 2. dub. 2.

Religiosus quo rigore ad regulam tencetur, dub. 4.

Religiosus expulsus, aut egressus etiam cum licentia quibus priuetur, cap. 7. dub. 3.

Relio-

N D E X.

Religiosus expulsus sine licentia sui ordinis non potest recipi in alio, ibi.

Religiosi Societatis voti sunt plenis possunt ex causa rationabili manumitti, & a votis liberari, cap. 2. dub. 3.

Religiosi sunt exempti ab ordinariis, lib. cap. 6. dub. 5. & lib. 2. cap. 3. dub. 5.

S TATUS

Statu quid, & licet ascendere ad altiore statum sed non retrocedere, lib. 1. cap. 1. dub. 1.

Statuum diuersitas, dub. 2. status Episcopi omnibus perfectior, dub. 3.

Statuta regularium a quo fiant, lib. 2. c. 2. dub. 2.

Suspensio a diuinis quid sit, & quid incusat, lib. 1. cap. 5. dub. 1.

T

Teriaris quibus gaudent priuilegijs, lib. 2. c. 3. dub. 5.

Testes legitimi sunt religiosi in omni tribunali etiam pro suis causis, licet ad id non possunt cogi extra ordinem, lib. 1. c. 6. dub. 2.

Transitus de uno in alium ordinem vertatur

INDEX.

tatur religiosis, & sub quibus poenit. Et trans-
seundo etiam cum licentia quibus priuen-
tur in ordine assumpto. Et quod non possunt
sua supeleitia secum portare, cap. 7. dub. 3.

Tributum, aut aliam in positionem, qui
imponit religiosis excommunicatur, lib. 2.
cap. 9. dub. 3.

V

VESTES Sacerdotum benedicuntur a religiosis Sa-
cerdotibus, lib. 2. cap. 5. dub. 8.

Vota obediētiae castitatis, & pauper-
tatis beatarum prædicatorum, & minorum
colegialiter viuentium sunt solemnia, lib. 1.
cap. 5. dub. 3.

Vota regularium ab eorum prælatis irri-
tantur excepto voto transeundi ad arctiore
religionē. Sed hoc votum, & omnia alia no-
uitorum, & oblatorum præter votum casti-
tatis, & religionis ab eisdem dispensantur,
cap. 6. dub. 1.

Vota aut iuramenta monialium non obli-
gant ad peccatum mort. ibi.

Vota omnia cum professione commutā-
tur, ibi.

Votum arctioris religionis dispensatur a
prælatis regularium, si dispensatus profite-
tur ordinem dispensantis, dub. 20.

Vota

I N D E X.

Vota regularium, iuramenta, ieiunia, & alia præcepta commutantur à quouis confessario etiam seculari, lib. 1. cap. 6. dub. 12.


Voto obedientiæ obligariis obedire prælatori iuxta tua statuta tantum, cap. 6. in principio. Et isto voto subdis te superiori, ut patri, ut prælato, & ut iudici ibi, & coram debes concueri, etiam à secularibus, lib. 2. cap. 10. dub. 6.

Vota, & iuramenta secularium dispensantur, & commutantur à regulatibus in quodvis opus pium, cap. 6. dub. 8.

Vouens caritatem ante matrimonium quomodo per religiosos dispensatur ad petitionem debiti, dub. 9.

Votus qui dispensare valet, à fortiori potest ea commutare, & melius faciet utendo utraque potestate, lib. 1. cap. 6. dub. 12.

F I N I S.



X. 3. G. V. 1

et est in te, et tu es in me quia in te est deus in nobis.
Ego vero in te non sum, sed tu in me, quia ex te
sunt in me spiritus et veritas. Et dicit dominus Ihesus
ad eum: Tu es petrus, et super hunc petram auctoritate
tuus eris subendo omnes gentes, et in azymo anno V
venerabis in d. quodcumque tempore. Et post m. lxxiiij. xxxiiij
fratres tuos dicitur: Quoniam tu es subendo omnes gentes, ergo
tu es petrus, et super hunc petram auctoritate tuus
eris subendo omnes gentes.


TOLETI.


Apud Didacum Rodriguez,
Typographum Regium.


Anno M. DC. XVII.











A
16-310